

V c  
48746





B.





B. M. II, 34.

h. 4. 9.

V c

4846

PACIS  
OSNABRUGENSIS  
OBLIGATIONEM  
UNIVERSALEM,

CONSENSU  
MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS

ET

*PRÆSIDE*

CAROLO OTTONE  
RECHENBERG,

J. U. D. ET PROFESS. PUBL.  
COLLEG. MIN. PRINCIP. COLLEGIATO,

*SOLENNI DISSERTATIONE*

D. XXI. MART. c. 15. 1500. XX.

H. L. Q. C.

*DEFENDET*

ANDREAS CAROLUS SIMON,  
BEROLINO - MARCHICUS.

---

LIPSIÆ,

TYPIS IMMANUELIS TITII.



PACIS  
OSNA BRUGENSIS  
OBILGATIONEM  
UNIVERSITATIS  
MAGNIFICI JTORUM ORDINIS

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-  
HALLE  
(SALE)

CAROLUS  
RECHEND  
J. H. D. ET PROFESSOR  
COLLE. MIN. PRINCIP. CO  
GOLDENW. D. S. S. T. V. E.  
D. XXI. MART. 1717  
H. L. G.  
D. E. F. E. N. D. E. T.  
ANDREAS CAROLUS SIMON  
BEROLINO-MARCHENSIS



*ILLUSTRISSIMO*  
ATQUE  
*EXCELLENTISSIMO*  
DOMINO  
HEINRICO RUDGERO  
L. B.  
AB ILGEN,  
S. REG. MAJ. BORUSSICÆ  
MINISTRO STATUS,  
SENATUS REGII CONSILIARIO INTIMO,  
PRINCIPATUS MINDENSIS PRÆSIDI,  
ÆRARIII MUNERUM PUBLICORUM  
DIRECTORI GENERALI,  
CAUSARUM PROVINCIAL. MARCHIÆ ELECTOR.  
ET DUCAT. MAGDEBURG.  
DIRECTORI,  
REGII BORUSSICI ORDINIS AQUILÆ NIGRÆ  
A SECRETIS  
ET RELIQUA  
*DOMINO MEO GRATIOSISSIMO.*



ILLUSTRISSIME ATQUE  
EXCELLENTISSIME,  
DOMINE GRATIOSISSIME,



*Um omnibus, qui bonas artes coluere, reddenda sit studii sui ratio, quandoquidem non sibi sed reipublicæ vivunt, certe vivere debent, ad TE vel maxime, ILLUSTRIS-*



LUSTRISSIME DOMINE, studiorum meorum rationes submisſe perfero, cujus in ſummis rebus gerendis ſplendor, in publica re ſumma exercitatio & in omnes bonos inſigne & admirabile præſidium eminet. Quam igitur diſſertationem academicam, longe infra TUUM, quod ſuſtines, muneris & fortunæ faſtigium poſitam TIBI, DOMINE ILLUSTRISſIME, devota mente offero, gratioſe reſpicias, & clientelæ, cui me totum ſubmiſſe commendo, monimentum intueberis. Quodſi igitur aliquid TIBI, DOMINE GRATIOSISſIME, ſuperest antiquæ in gentem meam gratiæ (ſuperesse autem omnino confido) fidem & ſubjectionem illius non penitus damna-



*bis, qui uti doctrina plurimis clientum  
TUORUM cedit, ita summa tamen &  
perfectissima in TE, TUAMQUE IL-  
LUSTRISSIMAM GENTEM, re-  
ligione ac pietate nunquam ulli hominum  
est concessurus. Deus TE tueatur, so-  
spitet, seruet, Regi, publicæ rei, bonis  
omnibus. Vale.*


ILLUSTRISSIMI TUI NOMINIS

*Dab. Lips. XXI. Mart.  
c1o 1000 XX.*

humillimus & obsequiosissimus  
cultor

ANDREAS CAROLUS SIMON.





DISSERTATIONIS  
DE  
UNIVERSALITATE  
OBLIGATIONIS  
EX  
INSTRUMENTO PACIS  
OSNABRUGENSIS

SECTIO PRIMA,  
QUA

ARGUMENTIS AFFIRMATIVIS  
EADEM ADSEKITUR.


- §. I. *Argumentum Dissertationis.*  
§. II. *Definitio Pacificationis.*  
§. III. *Cause proximæ & occasio pacis condendæ.*  
§. IV. *Negotium Pacis recensione instituto attenuata illustratur.*  
§. V. *Contenta Pacis ad capita quedam dispeſcuntur.*  
§. VI. *Quot ergo modis pacis moralitas æſtimari poſſit?*  
§. VII. *Pacis confirmationes & robora.*  
§. VIII. *Pacis Elogia.*  
§. IX. *Sanctio Pacis a Pontifice improbat.*  
§. X. *Obligationem nihilominus & Fura ab univerſis agnoſcenda operatur: quot modis ejus univerſalitas conſiderari poſſit?*

§. XI.



- §. XI. *Universalitas Obligationis subjectiva ex formulis probatur.*
- §. XII. *Item probatur, quod omnes bello antecedenti fuerint impliciti.*
- §. XIII. *Nec non, quod ex re quasi, & fructibus, quos pax dedit, perceptis obligentur.*
- §. XIV. *Ut & quod lex fundamentalis ipsa dicatur & habeatur.*
- §. XV. *Quinam exterorum Principum obligentur?*
- §. XVI. *Obligatur illa Imperator.*
- §. XVII. *Status quoque obligantur quoad provincias Germanicas.*
- §. XVIII. *Directores & Duces Circulorum obligantur.*
- §. XIX. *Religione quoque dissidentes eadem obstringuntur.*
- §. XX. *Nec Ecclesiastici seu Clerici ab illa eximuntur.*
- §. XXI. *Obligat quoque non Status & cives mediatos.*
- §. XXII. *Imprimis concionantes & differentes.*
- §. XXIII. *Universalitas obligationis obiectivæ quoad omnes articulos, Ediçta Restitutionis & Recessum Executionis demonstratur.*
- §. XXIV. *Item quoad Decreta Commissionum Imperatoriarum in I. P. O. promissarum.*
- §. XXV. *Nec non quoad Interpretationem Authenticam & doctrinalem indubiam.*





*Lectori benevolo*

*S. P. D.*

ANDREAS CAROLUS SIMON.



Quod multa in nostra  
potestate non sint, quæ  
tamen esse videntur,  
præsens, quam jam de-  
mum integram typis exscribendam.

)

tra-



tradere potui, dissertatio me docuit,  
 & brevis narratio lectorem benevo-  
 lum edocebit. Academiæ Lipsiensi  
 dissertatione publica valedicturus the-  
 ma pro conditione temporis elegeram,  
 in duas sectiones distributum, qua-  
 rum altera Pacis Osnabrugensis obli-  
 gatio universalis argumentis asseritur,  
 altera adversus dissentientium objecti-  
 ones vindicatur, nil minus timens,  
 quam, quod vix cogitanti superveni-  
 ebat. Ex quo enim prima Sectio cen-  
 suram & fere prelum, evaserat, al-  
 tera excellentissimo Domino Censori  
 tantos movit scrupulos, quos superari  
 à se non posse fatebatur, ita ut nobis  
 non invitis ad superiores, apud quos jus  
 est de doctrinis publicis statuendi,  
 mitteretur, & preli festinatio paulu-  
 lum sisteretur. Verum tot intervenie-  
 bat



bant publica negotia , quæ his summis  
 viris de re scholastica cogitare non  
 permittebant , me interim abitum cui  
 terminus fixus erat , anxie parante ,  
 ita ut facto , neicio quo , mihi sane  
 tristi & infelici alteram dissertationis  
 eamque præcipuam partem intra præ-  
 finitum tempus recipere non liceret .  
 Paravi ergo primam Sectionem Lipsiæ  
 tunc impressam eamque sub tutissimo  
 & exquisitissimo Viri , quem absens  
 quoque veneror , præsidio defenden-  
 dam , quantum in viribus meis , suscepi  
 eo quidem animo , ut pars residua , post  
 abitum meum recepta iisdem , quibus  
 prima , typis Lipsiensibus describeretur .  
 Postquam vero Lipsiam reliqui & Be-  
 rolinum secessi , ut integram dissertati-  
 onem ederem amici multoties monue-  
 runt , superiores vero , quibus obsequi  
 sumo mihi honori duco , hortati sunt  
 Ne



Ne igitur infumtus alteri parti labor  
 penitus interiret & ne opus hoc, quod  
 cunque est mancum evaderet atque  
 mutilum, infecro imo invito meo Præ-  
 sidente, cujus veniam hic publice precor,  
 aliis typis post Superiorum censuram  
 Berolini impetratum commisi, ut au-  
 thoritati eorum, quorum arbitrium mi-  
 hi legis instar est, demississime satisfaci-  
 am. Quod si quid minus accurate & pri-  
 mæ sectioni minus conformiter, in al-  
 tera impressum est, lector ben evolus  
 excuset, & consultissimo Domino  
 Præsidi non tribuat, humanissime rogo,  
 utpote cujus favori me obnixè & con-  
 stanter volo commendatum, dabam,  
 Berolini d. 20. Decembr, A. cio 10 cc xx.





SECTIO PRIMA  
DISSERTATIONIS  
DE  
UNIVERSALITATE  
OBLIGATIONIS,  
EX  
INSTRUMENTO PACIS  
OSNABRUGENSIS.

§. I.



Uam otiosam olim in plurimis Juris *Argumentum*  
publici S. R. Germanici commen- *Dissertationis.*  
tariis primam omnium utpluri-  
mum quaestionem praemissam legi-  
mus, an scilicet in Academiis Jus  
publicum doceri de eodemque dif-  
feri queat, vid. LIMNÆI *Fur. Publ.*  
*l. 1. c. 2.* majori forsitan veri specie  
*universalitatem obligationis ex Instrumento Pacis Osnabru-*  
*gensis jam demonstraturi ex ejusdem Art. V. §. 50. venti-*  
*landam praemittere potuiffemus. Quum enim verbis*  
*Art. all. utriusque Religionis magistratus severe & rigoro-*  
*se prohibere debeant, ne quisquam publice privatimve do-*  
*cendo, disputando, scribendo &c. hanc inprimis pacificatio-*  
*nem sive declarationem, sive transactionem uspiam impu-*  
*gnet, dubiam faciat, aut assertiones contrarias inde deduce-*

A

re



re conetur, vel sancta verborum legis minus recte intellectorum simplicitas, vel argumenti, quod illustrandum suscepimus, luce meridiana clarior veritas, a proposito in disceptationem deducendi doctrinam, de qua nemo dubitare videatur, animum in nobis revocare potuissent. Sed quum tantum absit, ut sanctioni saluberrimæ contrarium quid hac ipsa commentatione moliamur, quin pio potius erga patriam communem & pacem affectu pacis fundamenta stabilitum, dubia remotum, & assertiones demonstrativas ad præcipuum pacis tam sanctæ effectum servandum afferendum eamus; veritati quoque nubes, quas offuscandæ quorundam aut dolus, aut rerum novandarum studium & ambitio induxerat, dispellere, eidemque claritatem, qua radiat, disjectis illis nubeculis restituere intendimus. - Vix enim Germano civi & pacis optimæ rerum servandæ amanti ferendum videbatur, fructus, quos omnis Germania ex illa perpetuos legere debebat, aut fraudibus, aut ostentatione novæ doctrinæ aliquando intercipi, & universalitatem, quam ære & sanguine universa Germania redemerat, singulari singulorum interpretatione & maligno ingenio subverti. Quod enim rerum publicarum aliquando legislatoribus contigerat, ut delictis, ad quam hominum malitiam accedere posse dubitaverant, nullos leges statuerent, & quod rerum moralium scriptoribus adhuc accidit, ut officiorum, ad quæ subvertenda ingeniosas philaviæ humanæ fraudes pertingere posse non arbitrantur, remissionem & pene nullam, ut per se notorum, doctrinam addant; in hoc quoque argumento, quod agemus, omnibus Juris Publici scriptoribus accidisse reor: quod ut multis primum illud intuentibus tam planum, quam ut disquisitio in  
id



id instituat singularis, supervacaneum videatur, ita tamen comparatum mox demonstrabimus, ut sollicitam & ingeniosam extorquendam veritatis in quibusdam artem ex ipsa, quam adornabimus, recensione, mireris, & necessitatem refellendorum argumentorum excogitatorum inde concedas. Quod si enim secundum Poetas homines facit ingeniosos amor, magis adhuc callidos facit tum superstitio ac imperiosa religio, tum vero gloriae ex novis assertis aucupanda amor; quae duo quantum Rei Germanicae post pacem Westphalicam damni dederint, neminem nisi rerum civilium aut ignarum aut incurium latebit. Nos vero trita tuebimur & sectabimur, illudque omnium honestissimum habebimus, si veritatem per se planam ac perspicuam *Tabulas scilicet Pacificationis Osnabrugensis omnibus ac singulis Germanis universalem obligationem superinduxisse*, dubiis, quae subinde injecta, eximere, tricis, quibus irretita constringebatur, expedire, eandemque intentioni pacem ineuntium restituere hac ipsa commentatione (quantum doctrina Academica fieri potest) valeamus. Id quod ut eo meliori ordine fieri queat, *duabus Sectionibus* agendum opus existimavimus; quarum *priori* ex ipsa Pacis inita brevi recensione & articulorum ad hanc doctrinam respicientium expositione obligationis universalitas illustraretur, & argumenta illam confirmantia praestruerentur; *posteriori* vero eadem ad subtiliter conquisita secus sentientium dubia modesta & paci consona ratione adplicarentur.

## §. II.

Ut ut ergo facillimum sit futurum utriusque Pacis *Definitio*  
Westphalicae, Monasteriensis scilicet & Osnabrugensis uni- *Pacis.*



versalitatem adferere, posterioris tamen eo majorem & unicam propemodum curam jam habebimus, quo frequentiores & astutiores adversarios hæc experta est, qui Palladium illud rei Germanicæ eripere conarentur; quo ve magis hæc præ illa adhuc ad legis fundamentalis indolem accedere videtur. Est itaque nobis *Pacificatio* hæc *Osnabrugensis*, seu, ut alii minus proprie expriment, *Cæsareo Suecica, conventio, qua finito bello Germaniæ civili Imperatori, Regno Sueciæ & universis ordinibus pax restituta est, libertatis civilis & religiosæ jura edicta, & aliæ quoque lites privatam magis singulorum, quam publicam rem concernentes sopitæ ac decise sunt.*

## §. III.

*Occasio Pacis.*

Prouti igitur ex pessimis hominum moribus optimæ leges coeperunt, ita ex corruptissimo Germaniæ Statu, quo sacra & civilia susque deque antea mota fuerant, saluberrima hæc sanctio tandem evenit. Ferale scilicet omni tempore signum in republica habitum, si inter eos, qui communis patriæ & civilibus vinculis continendi fuissent, pacis singulariter adhuc confectæ nomen audiretur; & triste utique Germaniæ contigerat, post tricennale demum bellum sanguine civium suorum sibi a propriis civibus pacem redimere, exteris vero regibus provincias præmia adhuc cladium perpeffarum concedere. Vere ergo satis Germanicum, uti quoque vocant, bellum fuerat, quod omnem Germaniam ante pacem flammis suis corripuerat, quodque radices suas, primasque adeo belli & pacis dein causas, per omnem Germaniam egerat. Causas certe, quas habent primas, quasve per omnem Germaniam diffusas & plurimas excitando bello ex peccatis intra & extra Ilia-

COS



cos muros ducunt, cum autore, qui sub ficto illo lemmate, *Non quis, sed quid*,\* latere voluit, jam rimari non convenit; secunda & propiores adfunt. Ut enim motus Colonienfes, controversam Argentinensis Electionem, proscriptio- nem Aquisgrani, Donawerda expugnationem, successio- nis Juliacenſis lites, domuum potentiffimarum de hac & ani- morum contentiones, unionem Heilbronnenſem, & Li- gam Hallenſem, Palatinorum & Bavarorum odia, ante bel- li clafficum quis confideraverit; reliquas quoque & ſince- ras adhuc univerſa Germaniæ partes bello tractas intelliget, qui belli primum in Bohemia & Palatinatu geſti viciffitu- dines, mox in Saxoniam inferiorem & Daniam moti præ- lia, Megalopolitanorum ejectiones, Ducum Pomeraniæ afflictiones, Friedlandii factum, Ordinum contemtum, Re- ſtitutionis bonorum Eccleſiaſticorum Edictum, conſilia & proceſſus contra immediatam imperii nobilitatem, Fœdus Lipſienſe, Suecorum auxilia, Trevirenſis captivitatem, Gal- lorum hinc odia, & ex his ſacra & civilia omnia turbata, profanam & religioſam pacem propemodum inter arma ſublata cogitaverit. Placandis ergo iratorum animis, ſedandis, quæ religio ſuaferat, jurgiis, reſtituendis legibus & præſcindendis impoſterum litibus nova conventionem illo- rum opus erat, quorum cauſa bello acta & ſanguine utrin- que deſenſa fuerat.

A 3

§. IV.

\* *Prodiit An. 1647. prolixè & in commentarii formam Consideratio cauſarum belli, quod An. 1618. in Bohemia, velut incendium hor- rendum exortum &c. Autor, qui mihi Ludovicus Camerarius habetur, illo lemmate nomen abſcondit, & locum impreſſionis Bel- gica dixit, in Libertate An. 1647.*



## §. IV.

*Negotium pa-  
cis brevi re-  
censione illu-  
stratur.*

Hinc omnium votis diu optata pacis spes Coloniae & Hamburgi primum affulsit, & in vicem harum urbium ad facilius inter se conferenda consilia Monasterium & Osnabruga dein substituta, tabula quoque praelimitares Anno 1641. ipsis Nativitatis Christi feriis firmata, quas v. in ADAM ADAMI *Relat. Histor. Arcan. Pac. Osnabr.* p. 27. sed nondum in fati fuerat, pacem, quam monstraverant, terris reddere: praetererat enim destinata congressui dies, & pacis ac partium consilia belli alea adhuc dirigebantur, donec dies XI. Julii Anno 1643. pacis inchoando negotio de novo ediceretur, v. *l. c.* p. 34. Hac quoque praetereunte annus erat, dum legati convenirent & Anno 1644. VI. April. & IV. Septembr. Status Imperii omnes & singuli ad pacificum congressum a Gallis primum, v. *l. c.* p. 38. & 39. & a Suecis dein quoque invitabantur: v. PFANNER. *Histor. Pac. l. 2. §. 1.* qua re, quamvis primum Imperator offendi videretur, vid. *l. c.* p. 40. ipsis tamen Foederatis acriter instantibus & denuo ordines vocantibus, Imperator quoque indulget, & Legatos Ordinum subinde advenientes ad ipsos pacis tractatus tandem admisit, v. *Arc. Pac. Osnabr.* p. 47. 48. 53. PFANNER. *l. 2. §. 10.* Deputatio inde ordinaria, quae haecenus Francofurti subsisterat, in Westphaliam transferebatur, v. PFANNER. *l. 2. §. 7.* & reliquis extra eam Deputationem ordinibus rerum suarum causa venire aut mittere, quos liberet, permittebatur, v. *l. c.* p. 57. Confluebant hinc Statuum Legati An. 1645. Osnabrugam & majori jam numero Principes praesentes *Deputationis* arbitrio se submittere posse negabant, *quod tractatum obiectum, ex quo libertas, prerogativa, aestimatio, honor, salus aeterna ac*  
tempo-



temporalis Statuum penderet, paucis deputatis vix permittendum videretur, cum sanctiones proflarent, quibus Deputati ea tractare prohibeantur, quæ universos aut etiam singulos Imperii ordines tangerent. Hæc ad Imperatorem dum deferuntur, ille tandem cum Electoribus prius instituto colloquio, omnibus in loco ad publicos congressus destinato congregatis, Electorum, Principum ac Statuum legatis consueta trium Collegiorum deliberationi ac consultationi pacis negotium, quantum ad ordines ac Germaniam, committit, v. l. c. p. 71. 74. Communicatis inde inter se consiliis, perque triennium mox Monasterii, mox Osnabrugæ iisdem continuatis, die XXVII. Julii An. 1648. Electorum, Principum ac Statuum legati in Curia Osnabrugensi comparentes, omnes in Domum Cæsareorum legatorum se conferunt, ibique in spatioso cœnaculo Cæsarei ac Suevici legati ad separatam mensam, Ordinum vero legati (quibus juxta diversas curias ac collegia singulis singulæ mensæ adornata erant) omnes ordine quisque suo confedere. Legatus dein Cæsareus Instrumenti Pacis Cæsareo-Suevici articulos clara voce omnibus prælegit, legati auscultantes sua exemplaria relegunt, & prævia gratulatione facta dextras fidei signum jungunt, ac stipulantur transactionem ratam ac immutabilem mansuram. vid. *Th. Europ. T. VI. p. 56. 562.* PFANNER. *Histor. Pac. Osnabr. l. V. §. 88.* BURGOLD. *Discurs. ad I. P. O. p. 144.* ac Deputatione extraordinaria d. XIII. Octob. a. ej. decreta *Art. XVII. §. 12.* vid. *Arcan. Pac. Westphal. p. 469.* ultimam manum subscriptione & figillis adpositis die XXIV. Octobr. An. 1648. addunt, & Ratificationum permutationem die VIII. Febr. Anno



Anno 1649. instituunt. v. *Th. Europ. T. VI. p. 626. 655--658.*  
 BURGOLD. *Discursf. ad I. P. O. P. 1. p. 147.*

## §. V.

*Contenta  
 Pacis.*

Quamvis itaque ipsius Pacificationis formulam ubique obviam habeas, nostro tamen instituto apprime conveniens fuerit, præcipuam quandam illorum, quæ continentur, partitionem fundamenti loco præmittere. Habet enim & servat quoque in hoc pax illa perfectæ legis fundamentalis modum, quod tum in *definitivam partem*, tum vero in *vindicativam pœnalemque sanctionem* dispefci possit. *Prior pars* post restitutam in genere pacem *Art. 1. 16. §. 1.* & sancitam amnestiam *art. 2. 4. §. 13. art. 15. §. 1. aut ipsam rempublicam Germanicam* format, *aut præstationes* quasdam singulares bellicas pro ratione istorum temporum necessarias Suecis aliisque decernit, quod *punctum Satisfactionis Coronarum* vulgo vocant. Ad *primum* adeo sanctionum *genus* referas restitutionem Statuum læsorum *art. 3. 4.* Electoratus Octavi institutionem. *art. 4. §. 5.* definitionem gravaminum religionis *art. 5.* oppignorationum imperialium perpetuitatem *art. 5. §. 26. 27.* Judiciorum imperii reformationem *art. 5. §. 53.* pacis religiosæ ad Reformatos extensionem *art. 7.* Juris Territorialis & suffragiorum Comitialium confirmationem *art. VIII.* commerciorum libertatem *art. IX.* contractuum vi metuque extortorum annullationem *art. IV. §. 46.* restitutionem bonorum subditis mediatis ablatorum *art. IV. §. 51.* valoris sententiarum belli tempore latarum definitionem *art. IV. §. 49.* innoxiam renovationis investituræ omissionem, *art. IV. §. 50.* emendationem judicii Cameralis. *art. 5. §. 53. 56.* *Posteriori* vero *parti* accenseas confirmationem libertatis Helve-



Helveticæ *art. 6.* Regis Sueciæ in numerum statuum co-  
 optationem *art. 10.* Satisfactionem Electori Brandenbur-  
 gico oblatam *art. 11.* Ducibus Megalopolitanis *art. 12.* Brun-  
 swicenfibus *art. 13.* Landgraviis Hassiæ *art. 15.* remissionem  
 debiti a Bavaro Auftriacis concedendam *art. 4. §. 4.* conces-  
 sionem canonicatum Ducibus Megalopolitanis factam  
*art. 12. §. 1. 2.* & id generis plurima alia. Sunt etiam *tertii*  
 quasi generis quædam proposita, quorum scilicet mentio  
 quidem fit, sed decisio in aliud tempus differtur, uti est abo-  
 litio iudicii Rothvilenfis aliorumque hinc inde per Impe-  
 rium hactenus usitatorum iudiciorum, *art. 5. §. 56.* dubia  
 circa electionem Romanorum Regis, de certa constanti-  
 que Casarea capitulatione concipienda, de modo & ordine  
 in declarando uno alterove statu in bannum Imperii, redin-  
 tegrandis circulis, renovanda matricula, reducendis stati-  
 bus exemptis, moderatione & remissione Imperii collecta-  
 rum, reformatione Politicæ & Justitiæ, taxæ sportularum,  
 ordinariis deputatis formandis, legitimo munere Directo-  
 rum in Imperii collegiis & similibus negotiis, quæ expe-  
 diri nequiverant *art. 8. §. 3. add. §. 5.* *Sanctio* denique  
*pænalis* seu *vindicativa legis pars* modo executionis præ-  
 scripto *art. 16. §. 1-6.* repetita promissione contrariorum-  
 que remotione *art. 17. §. 1-3.* applicatione pænæ fractæ  
 pacis *art. 17. §. 4. 7. 9.* & mutua Guarantiæ promissione ab-  
 solvitur. *art. 17. §. 5. 6. 8.*

## §. VI.

Prouti igitur ex natura decisionis futuræ, quæ in ne-  
 gotiis tertii generis partis definitivæ in Comitibus futuris  
 saltem promittebatur, facile liquet, in illis Pacificationem  
 nostram legem universalem non agere, fatisque adeo im-  
 pudens

*Quot modis  
 ipsa pax ha-  
 beri possit?*



pudens esse, si quando autores ex verbis dubie adhuc pro-  
 positis dominis suis, queis favent, sententiam faventem &  
 rem quasi decisam elicere conantur; ita de prioribus illis  
 nemo forsitan dubitabit, quod universalis & perpetua san-  
 ctionis nomen mereantur. Erit tamen, si accurate singu-  
 la æstimes, inter illa quoque discrimen, quo quidem san-  
 ctionis & universalitati obligationis nihil detrahitur, sed  
 indoles solum utriusque generis articulorum recte expo-  
 nitur. *Primi* scilicet *generis dispositiones* eatenus legis  
 universalis perpetua & immutabilis Germanis omnibus  
 immediatis & mediatis rationem tradunt, quatenus illis to-  
 tius imperii status formatur: *Secundi* vero *prestationes* vel  
 pacis vel alius conventionis ad instar sunt, quæ ex inten-  
 tione pacifcentium etiam universalis & perpetua erat, &  
 in legem omnium pacificationum sanè esse debebat; in  
 morem vero omnium prope dixeris quoque pacificatio-  
 num per subsequentes revolutiones & bella cum exteris  
 eo facilius mutationibus obnoxia est, quo magis secun-  
 dum naturam bella cum vicinis, quam inter proprios ci-  
 ves geruntur, quoque facilius jura singulorum, quam rei-  
 publicæ immutantur. *Priores* ergo magis legem funda-  
 mentalem totius Imperii; *posteriores* vero conventiones  
 inter partes rectius dixeris, quarum immutandarum fre-  
 quentior, quam legis, non nisi omnis reipublicæ discrimi-  
 ne movenda, & jura omnibus & singulis legitime qualita-  
 adimendi causa subnasci potest. *Illis* omnis reipublicæ  
 status, *his* vero singulorum interesse saltem dirigitur, quod  
 culpa horum facilius quoque mutari, quam respublica ex  
 suis cardinibus moveri potest. *Ille* non nisi factò, quod  
 omni reipublicæ imputari possit, ohne Churfürsten, Für-  
 sten



sten und Stände auf einen Reichs- oder ordinari Deputations Tag vorhergehende Bewilligung *art. 2. Capitul. Carol. VI.* *Hæ vero singulorum factis propriis, si vel juri suo renunciauerint, vel modo legitimo dein excidant, salva interim uniuersa manente republica, mutationes admittunt.* Adprime hanc nostram observationem exemplo declarat *Capitul. Carolin. art. 2.* qui in iuncta Imperatori obligatione & custodia Pacis Westphalicæ, hæc tandem verba non præter rem addit, der gleichwohl, so viel nehmlichen zu Vortheil der Cron Frankreich darinnen enthalten, weiln bekantlich von Reichs wegen der izt fürwährende Krieg aus höchsttriestigen Ursachen gegen gedachte Krone declariret worden, nunmehr zerfallen, und ferner nicht mehr verbindlich ist.

## §. VII.

Majus adhuc mutuo consensu, firmissimo alias inter bonos vinculo, robur pacificationi addebatur, non modo Ratificationum permutatione, quam paulo ante memorauimus, sed & *Edicto executionis Ferdinandi d. VII. Novembr. d. An. 1648. Et Arctiori exequendi modo ad Directores Circulorum* ab eodem Imperatore d. II. Mart. Anno 1649. promulgato. Subsequebatur Norimbergæ d. XXI. Septembr. Anno eod. *Erste Friedens- Executions Haupt-Recess,* alter vero *Anderer Friedens- Executions Haupt-Recess,* d. XVI. Jun. An. 1650. cui, quod hæud præter rem ex collatione Instrumenti cum hoc recessu instituta notes, quidam quoque subscripsere, qui Instrumento ipsi subscribendo olim non adfuerant. Ne quid tandem, quod Pacificationi auctoritatem conciliaret, deesse adhuc videretur, ipsa Recessu Imperii d. A. 1654. post §. 5. inserta & Capitulationibus

*Pacis confirmationes.*



posterioribus & Caroli VI *art. 2.* denuo confirmata est. *conf. perpetuæ Capitulationis art. 2.* Commissiones quoque plurimæ Imperatoriæ in Instrumento Pacis *art. 16 §. 4.* & Edicto Ferdinando quondam promissæ, inque sequentibus annis decretæ, quibus, si quando ambigua videretur dispositio pacis, partibus litigantibus ex illa jus diceretur; & quum magni in Imperio motus gliscere inciperent ad firmandum & defendendum Instrumentum Pacis, mutuum in triennium Anno 1658. d. XV. Aug. inivere scædus Electores &c. Moguntinus, Trevirensis, Palatino Neoburgicus, Augustus, Christianus Ludovicus & Georgius Wilhelmus Brunsvicensis & Luneburgenses, Landgravius Hæssæ, Reges Galliæ & Suciæ, v. PASTORII *Laur. Actor. publ. p. 2.* Eadem paci auctoritas in subsequentiis pacificationibus quoque habita, ut pro norma & basi omnium subsequentiis *Neomagensis, Armistitii Ratisbonensis, Ryffwicensis, Ultrajectinæ & Badensis* in singularum tabulis agnita fuerit.

## §. VIII.

*Elogia Pacis.*

Honos inde, si quis ex magnificis elogiis surgere potest, tantus quoque huic Pacificationi habitus, quantus vix olim illis libris, quibus fata rerum publicarum aliquando contineri credula quondam superstitio & prisca ætas existimavit. *Palladium dixit & arcem inexpugnabilem BURGOLDENSIS P. I. disc. 2. membr. i. n. 14. Imperii columnam & basin, qua tota Imperii structura nitatur n. 8. Imperii vinculum & coagulum, murum abeneum, nec non der gemainen Reichs. Stände ihre Bibel, FRANC. IREN. (seu Burgoldensis ad Burgoldensem) in Coll. Jur. Publ. in Burgold. disc. p. 3. 1. p. 2. Divinum Christianæ Pacis pignus, Germaniæ Palladium,*



ladium, sacrosanctum, inviolatum immotumque servandum, & nullam gebenna digniorem vocem esse, quam Pacem tam sancte factam non tenere, COCCEJI Jus Publ. c. XVIII. Sect. I. §. 28. veram & propriam legem Imperii fundamentalem qua S. R. Germanici Imperii tum in Ecclesiasticis, tum in Politicis moderna facies in brevi quasi tabella repræsentatur. vid. BUCKISCH. præf. ad Observ. in Instrum. Pac. Osnabr. Et quis verba singulorum, queis adfectum erga patriam exprimere, pietatemque testari voluerunt, hic recensent? Tria tamen adhuc addidisse illustria elogia juvabit, quibus R. F. d. An. 1654. §. 6. dicitur. Ein gegebenes Fundamental-Gesetz des H. Reichs und immerwährende Nicht-Schnur, und ewige norma judicandi; fide quoque legatorum Bavaricorum Elector Maximilianus nuntio & instrumento pacificationis accepto dixisse fertur, er haben denselben also befunden, daß solcher Frieden als vom Himmel herabgeschickt billig zu amplectiren. vid. Theatr. Europ. T. 6. p. 581. & ipsi Per-III. Aut. des Europ. Herolds T. 1. p. 843. eandem die rechte Panacazam und Heilpflaster des Römischen Reichs Teuticher Nation, wodurch die Grundfeste der gemeinen Reichs Wohlfarth wieder erhaben und festgestellt worden, compellare placuit. Non immerito inde miror tot tamque præclare de Re Germanica meritos scriptores, qui post illius jam conditæ tempora commentarios Juris Publici ediderunt, & in his LIMNEUM, SPRENGERUM, SCHUZIUM, STRAUCHIUM, RHETIUM, COCCEJUM, aliosque ex instituto non tractasse, & silentio propemodum Pac. Westphal. transire, ut RACHELIUS, qui ex legatione Noviomagensi summam ejus dignationem noverat, primus ferme omnium doctrinam



hujus pacis suo compendio & Juri publico intulisse videatur.

## §. IX.

*At a Pontifice  
& aliis impu-  
gnata.*

Neque tamen utilissimæ & splendidissimæ huic transactioni obtrectatores & aperti adversarii in ipsis ejus initiis deesse poterant. Scilicet per interdictas dissertationes & conciones paci adversas fulmina cohiberi non poterant, quæ ex Tarpeja arce in Germaniam vibrata leguntur. Nondum enim impudentiæ satis fuerat Casparum Athenarum Præsulem Nuncium Apostolicum jam Anno 1641. amnestiæ, quæ tamen Protestantibus parum favebat, & ab illis rejiciebatur, succensuisse v. *Arcan. Pac. Westph. p. 23.* & Fabium dein Chigium Nuncium ad conventum Pacis Apostolicum dein ex mandato Pontificio d. An. 1644. d. V. Oct. vid. *Arcan. Pac. Westph. p. 37.* & PFANNER. *Histor. Pac. l. IV. §. 89. 90.* literas d. XXIX. Nov. An. 1647. v. *l. c.* dehortatorias ad Catholicos dedisse, ac d. XIV. Octobr. An. 1648. nec non iterato d. XXVI. Octobr. ej. Ann. protestationes, quas vid. CONRING. *de Pace Perpet. inter Ordin. servanda, p. 116.* pacis transactioni opposuisse, sed & ipse quoque Innocentius X. paulo post Bulla *Zelo domus Dei* an. 1648. vid. CONRING. *l. c.* hanc pacificationem damnabat, & Innocentius XI. per Nuntium Aloysium Bevilaquam, cum fundamenti loco subjiceretur etiam in Noviomagensi, contra utramque protestabatur, vid. RACHEL. *Otium Noviomag. p. 59.* Protestationis adhuc libellum PETRUS a WEYMS Burgundiæ Ducis Minister ex præsumta Domini & Hispaniæ Regis voluntate promebat, cujus formulam ex CHIFLETII *Alsatia jure proprietatis & protectionis Regi Catholico vindicata c. 12. p. 72.* & LIMN. *Comment. ad Capitul. Leopold.*



Leopold. art. 2. p. 902. videas. & ipse Osnabrugensis Episcopus cum XVII. votis, quæ pacem ita pactam pro rata & grata accipere nollent, fervidior contradicebat, BURGOLD. Discurs. II. membr. 1. §. 13. Sed his omnibus paciscentes ne quicquam terrebantur, & Ordinum protestationes Casarea Majestas d. XI. Septembr. hoc responso declinabat; es hätte nicht allein mit dem, was mit Schweden tractiret worden, sein Bewenden, sondern ertheilten auch Befehl die Contradicenten zu disponiren, daß sie amore pacis zu dem Osnabrückischen Conclusis gutwillig sich verstehen, und von ihren Præensionibus abstehen möchten. *Theat. Europ. Tom. VI. p. 581.* & ipsius Pontificii fulminis diræ antea art. 17. §. 3. prævisæ minus nocebant, & privatis calamis inter Reformatos a HORNBECKIO, inter Lutheranos vero a LUDOVICO de MONTESPERATO seu CARPZOVIO, HERMANNO CONRINGIO, & JOH. GEORGIO DORSCHÆO refutabantur.

## §. X.

Inter plures igitur adfectiones, quas pacificatio hæc, *Obligationem igitur & Juris quoque ab universis agnoscenda operatur.* ad modum omnium rerum moralium, sustinet, duæ potissimum eminent, *perpetuitas* scilicet ejus & *universalitas*. Quemadmodum vero priorem, utpote non omni adeo demonstratione uberiori indignam aut non indigentem, alii temporî & loco reservamus, ita posteriorem solum jam commentationi nostræ pleniori destinabimus. De hac enim, utut primo intuitu nemo ambigere videatur, tot tamen obliquas sophisticationes inventas observabimus, ut operæ pretium videatur illas tum minus cautis detegere, tum ex præmissis & aliis, quæ subministrantur, mediis refellere. Primum igitur in hoc expediendo instituto omnium



omnium existimamus *universalitatis* illius, quam probare allaboramus, indolem & argumenta ad liquidum proponere; quod duplici præsupposita distinctione, priusquam longius progrediamur, obtineri poterit, dividendo eam *universalitatem in subjectivam & objectivam*, nec non in *universalitatem juriu[m] & obligationum*. Nec termini illis metaphisici offendiculo erunt, qui realem illius differentiam ex ipsa expositione cognoverint. Est scilicet pacificatio nostra universalis tum intuitu personarum, quibus ad illam vivendum & jura ad illam casu emergente attemperare incumbit, tum vero maxime quoque universalis habetur intuitu universæ sanctionis seu legis & per singulos illius articulos & paragraphos, cum annexis, v. §. 23. 24. 25. *infr.* ut vere fatis non modo universam Germaniam, sed & circa ejus universa capita eandem obligari dixeris. Dein utroque hoc significato admissio, universalitas illa non modo in afferendis juribus ex illa redundaturis, & quod ab omnibus jure debito illa exposci queant, sed & in præstationibus ex universalitate obligationis coortis locum invenit. Uti enim nemo facile jura ex pace ipsi tribuenda in propria damna laborans ipse improvidus negaverit, sed in passibus, quod ajunt, utilibus universalitatem ejus agniturus est, ita vigore correlatorum illorum inseparabilium, puta juris & obligationis, se ipsum quoque ad explenda officia, quæ debentur, obligatum profitebitur. Quo magis igitur homines sua sponte ad agnoscendam universalitatem juriu[m] in singulos quoque derivatorum feruntur, eo majori cum cura molestam quodammodo, quæ videatur, universalitatem obligationis, & quæ cum onere sæpe & jactura



ctura restrictæ libertatis, aut Superioritatis Territorialis conjuncta videtur, afferendam existimamus.

§. XI.

Utriusque igitur generis universalitatem in genere primo loco ex ipsis legum fundamentalium formulis probari posse putamus, quas, licet illas exscribere supervacaneum quibusdam videri possit, in unum tamen congerere, & fundamenti loco præstruere ideo intendimus, quod nec ab ullo alio illum laborem actum inveniamus, nec ultimum argumentum existimarem, ex multis consonis & conjunctis locis illud probare, quod ex singulis non tam clarum haberi possit. Sane inter excerptum miratio subiit, quod toties illa universalitas repetatur, & tautologia seu crambis multoties coctæ vitium in stylo admitti videretur. Sed non adeo mirandum esse tum demum intellexi, quum non obstantibus tot claris tamque distincte sancientibus universalitatem textibus, alios de illa tamen hæsitasse intelligerem. His vero præfata scilicet mali mente obviam eundem paciscentes procul dubio judicant, & illis, quæ jam sequentur, verbis omnem dubitationem remove intenderunt. Exprimit ergo universalitatem subjectivam R. I. d. An. 1654. §. 4. *Zwischen Haupt und Gliedern, und diesen unter sich selbst. It. Zwischen uns auch Churfürsten und Ständen des H. Reichs und beyden auswärtigen Cronen aufgerichteten publicirten und ratificirten allgemeinen Reichs Friedens-Schluss mit allerseits transigirenden Theilen, Willen und Belieben. verb. proœm. I. P. O. de pace Universalis suscepta cogitatio; art. 1. §. 1. Pax sit universalis, perpetua, veraque art. eod. inter omnes amnestia sit: omnium, quocunque in loco modove ab una vel altera*

*Universalitas  
obligationis  
ex formulis  
probat.*

C

parte



parte art. 11. *universalis & illimitata amnestia art. 5. §. 1.*  
*In reliquis omnibus inter utriusque religionis Electores,*  
*Principes, Status omnes & singulos sit aequalitas exacta*  
*mutuaque, quatenus formæ Reipublicæ, constitutionibus Im-*  
*perii & præsentì conventioni conformis est, ita, ut quod uni*  
*parti justum est, alteri quoque sit justum art. 16. §. 2.*  
*Imperator per universum imperium edicta de ea promulget*  
*art. 17. §. 2. Sit hæc transactio perpetua lex & pragmatica*  
*sanctio impostera æque ac aliæ leges & constitutiones fun-*  
*damentales Imperii obligans non minus absentes, quam præ-*  
*sentes, Ecclesiasticos æque ac Politicos, sive Status Imperii*  
*sint sive non, eaque tam Cæsaris Procerumque Consulariis &*  
*Officialibus, quam tribunalium omnium Judicibus & Asses-*  
*soribus tanquam regula, quam perpetuo sequantur, præscri-*  
*pta. art. eod. §. 10. 11. 12. Hac pacificatione comprehendantur*  
*ex parte Serenissimi Imperatoris omnes sue Majestatis fæ-*  
*derati & adherentes, imprimis Rex Catholicus, Domus Au-*  
*striaca, Sacri Imperii Romani Electores, Principes cæteri-*  
*que Status, comprehensa libera & immediata Imperii Nobi-*  
*litate &c. ex parte vero Serenissimæ Reginae Regnique Sue-*  
*ciæ omnes ejus fæderati & adherentes, Rex Christianissi-*  
*mus, tum Electores, Principes, Status, libera & immediata*  
*Imperii nobilitate comprehensa & Civitates Hanseaticæ &c.*  
*In quorum omnium & singulorum fidem majusque robur,*  
*tam Cæsarei, quam Regii legati, nomine vero omnium Ele-*  
*ctorum, Principum, & Statuum Imperii ad hunc actum spe-*  
*cialiter ab ipsis (vigore conclusi die decimo tertio Octobris*  
*anni 1648. & ipso die subscriptionis sub sigillo Cancellariæ*  
*Moguntinensis Legationi Sueciæ extraditi) Deputati &c.*  
*verb. final. subscriptione jam nominatorum Deputatorum re-*  
*liqui*



liqui Status omnes & singuli, qui subscriptione & ratihabitione supersedent, tam firmiter ad observantiam & manutentionem eorum, quæ in hoc pacificationis Instrumento continentur, obligari sint, ac si ipsis subscriptio fuerit facta & exhibita ratificatio. Kayserl. Execution. Edict. d. An. 1648. Gebieten wir allen und jeden, Geist- und Weltlichen, ꝛ. it. und sonst allen und jeden, welche vermöge dieses Friedens und dessen gemeiner oder auch einiger sonderbaren Regel und Verordnung. R. I. de An. 1654. S. 6. Sezen demnach, ordnen, wollen und gebieten allen und jeden, Hohen und Niedrigen, Geistlich- und Weltlichen, Ohn- und Mittelbaren, sie seyn Stände des Reichs oder nicht, und dahero so wohl unsern als der Stände Råthen, Beamten und Officiren, als allen unsern und des H. Reichs auch der Ständen hohen und niedern Gerichten, Richtern und Beysitzern von beyden Religionen ohne Ausnahme eines einigen Menschens hiermit ernstlich und bey Vermeidung deren in ermeldten Friedens-Schluss beygefügtten Straffen und Pœnen, daß alles dasjenige, was darinn und allen deren Puncten und Articuln enthalten, auch nach denselben und bey gegenwärtiger und künftiger allgemeiner Reichs-Versammlung zu dessen aller mehrerer Handhab, Execution und Befestigung ferner vor gut gefunden und geschlossen worden, oder noch geschlossen werden möchte, vor ein gegebenes Fundamental-Gesetze des H. Reichs und immerwährende Richtschnur und ewige norma judicandi ståt, fest und ohnverbrüchlich gehalten, demselben allerdings richtig nachgelebt, von niemanden wes Würdens, Stand oder Wesens der auch sey, mit Rath oder That öffentlich oder heimlich deme entgegen gehandelt, ꝛ. verb. Ratificationum ab illis, qui subscriperant, traditarum



ditarum ex Arcan. Pac. Westphal. p. 471. Idcirco nos tam vi dictæ Deputationis specialis, quam pro jure nobis una cum cæteris Imperii Statibus competente, dictum Instrumentum & in eo contentam pacis conventionem de verbo ad verbum accurate perlecta, diligenter examinata, considerata & perpensa, pro nobis, Hæredibus & Successoribus nostris, totoque Imperio virtute harum in omnibus & singulis suis articulis, paragraphis, punctis & clausulis omni meliori modo ita adprobamus, ratihabemus & confirmamus, ac si de litera ad literam expresse hic inserta essent, verbo Principali spondentes ac promittentes pro nobis nostrisque heredibus & successoribus totoque Imperio, nos omnes & singulos ejus articulos, & quicquid tota illa pacis conventionem continetur, præsertim vero cessiones & renunciationes tam in Instrumento dictæ pacis, quam extra illud de communi sensu factas, & quas adhuc fieri est conventum, firmiter, constanter, iniquiolabiliterque servaturos, atque executioni mandaturos, nullaque ratione per nos, vel per alios ullo unquam tempore contraventuros, aut ut per alios contraveniatur passuros, quomodocunque id fieri possit, omni dolo & fraude exclusis. In cujus rei testimonium majusque robur præsentem ratihabitionem nostram manu propria subscriptam, sigillo nostro principali muniri fecimus.

## §. XII.

Universalitas  
Obligationis  
adhuc probatur, quod  
1) omnes  
bello antecedenti implici-  
ti fuerint.

Qui ergo hæc in unum congesta verba legis solennia, quæ abunde satis universalitatem monstrabant, legere supervacaneum habet, aut verba etiam lecta pro meris formulis in ejusmodi tractatibus adhiberi solitis existimat, eum aliis adhuc nec minus solidis argumentis convinci posse non immerito speramus. Sive enim jura belli, sive pacis  
indo-



indolem in genere spectet, utroque modo inveniet, bellum antecedens universale pacem quoque ejusdem amplitudinis in fine innuere. Jam vero per *universam Germaniam diuturnum & acre natum bellum fuerat, verb. proœm. I.P.O.* neque illud Bohemicum modo, aut Palatinum, aut Danicum, aut Suecicum, quod Responſa Cæſarea ad propoſitiones Suecicas, ap. ADAM ADAMI *Arcan. Pac. Weſtpbal. p. 47.* indirecte, ſi cum Suecicis propoſitionibus c. l. p. 62. conferantur, aſſerere videbantur; ſed universale ab initio motuum Bohemicorum ex cauſis univerſalibus §. 3. *ſupra* expoſitis exiſtimandum erat. Inter quos vero bellum fuerat, illi etiam conſortes pacis eſſe recte intelligendi erant. Omnes adhuc bello & litibus ſe implicitos fuiſſe agnoverant, quum fruſtra olim tentata *compoſitione Francofurti an. 1631. v. LUNDORP. Act. Publ. T. IV. l. 2. c. 1. ut & Muhlhuſæ, Schœnbeckæ, Pragæ,* in hoc tandem ſolemni paciſcentium conventu non modo ſingularia gravamina, ſed & illa, in quibus totum Imperium in corpora diviſum videri poterat, collectivo nomine tractarent, & *gravamina Protestantium,* vid. *Arcan. Pac. Weſtpbal. p. 105.* cum *reſponſionibus Catholicorum,* & litis quaſi conteſtatione, v. *l. c. p. 113.* nec non *diſceptationes* de Amneſtia, v. *l. c. p. 146. ſeq.* ut & *media compoſitionis a Protestantibus & Catholicis,* *ibid. p. 169.* & alia id generis publico omnium nomine exploderent, ut ipſa inde Cæſarea Majeſtas Edicto Executionis d. a. 1648. fateatur pacem *mit Zuthuung und Beſtehung unſerer und des Reichs darzu abſonderlich beruffener Churfürſten und Stände* conſectam.

## §. XIII.

Quum etiam illa obligatio validiſſima ſemper a re-<sup>2) Quod omnes</sup>  
rum <sup>ex amneſtia</sup>



*Et adeo ex re  
quasi & fru-  
ctibus pacis  
obligati exti-  
terint.*

rum moralium & civilium peritis habita fuerit, quæ ex ipsa re oritur, & nihil intersit, utrum testatio interponatur, an aliquis sine scriptura spondeat, l. 7. ff. de Sponsal. ac in factis clarius & magis consensus declaretur, quia facta ipsum effectum ostendunt, verba vero aliquando voluntatem proferentis satis non explicant, c. 52. X. de appell. GOZADIN. consil. 101. n. 3. SOCIN. jun. consil. 98. n. 13. lib. 1. tuto satis inferre licet, illos quoque pacificatione obligatos esse, qui jura pace attributa ulla in parte acceptaverint. Jam si hæc quis perpendat, non immerito adfirmabit, nullum ex omnibus Imperii Ordinibus superesse, qui ex tam varia totque rerum I. P. O. contentarum dispositione emolumenta plurima non perceperit. Hac ipsa vero fruitione jurium admitta & accepta, obligatio quoque ex Pace redundans agnita merito habetur, *quum taciti & conjecturati par sit virtus cum expresso*, Cardin. TUSCH. conclus. 7. n. 13. lit. T. & *presumptio a facto potentior sit presumptione a non facto*, MENOCH. l. 1. de presunt. quest. 29. n. 17. ac juris prope modum & de jure illa præsumtio fit habenda, qua qui commodum rei sentit, incommodum quoque subiisse præsumitur. arg. l. 10. ff. de R. I. Equidem vel unicum quod ex amnestia universali in omnes redundabat commodum, quod neque ex Pragenfi pace, neque ex amnestia in comitiis Ratisbonensibus an. 1641. cum Recessu promulgata, v. PFANNER. hist. Pac. l. 3. §. 6. neque ex illa, cujus de anno 1645. d. X. Octobr. copiam exhibet ADAM ADAMI Arcan. Pac. Westphal. p. 97. sq. stabile sperandum fuerat, tanti ex art. 2. habendum erat, ut qui illud cum suis effectibus perceperit (percepere autem omnes) hoc vel uno nomine & beneficio ad sacrosanc̄tam illam pacificationem habendam



dam moneatur. Redundarunt certe in omnes illa com-  
moda, quæ ab ipso Imperatore & *Ordinibus in R. I. d. a. 1654.*  
§. 4. deprædicantur, daß das uhralte Recht, durch den Fried-  
dens: Schluß wieder aufgerichtete Vertrauen befestiget,  
und mithin das werthe allgemeine Vaterland von aller wei-  
terer Mißverständniß beständig gesichert werden möge.

## §. XIV.

Et quem non moveat nomen illud sanctissimum le- *Ea parte, qua*  
gis toties de hac ipsa, quam loquimur, transactione repeti- *statum & Fu-*  
tum: R. enim *I. d. a. 1654.* §. 6. quem nemo temere uni- *ra dirigit, uni-*  
versalem negat, illam ein gegebenes Fundamental- Gesetz, *versalem esse*  
und immervährende Richtschnur und ewige normam judi- *legis funda-*  
candi vocat, & *art. 17.* §. 4. verba, liquido legis argumento, *mentalibus no-*  
functionem pœnalem, eam scilicet, qua fractæ pacis reus *men evincit.*  
teneatur, statuunt. Legum autem obligationem univer-  
salem esse, tum ex cujusvis legis indole, *qua in univsum*  
*obligat & semper* CICER. *l. 1. de legib.* tum vero ex illius ma-  
xime autoritate universali constat, cui toties æquiparatur,  
*Publicæ* scil. seu *Profanæ.* Quid quod omnes & singuli hu-  
jus transactionis consortes *unctis cum parte lesa consiliis vi-*  
ribusque, (ubi amico modo violatio pacis reparari non pos-  
sit *art. 17.* §. 5.) *arma sumere ad repellendam injuriam a passõ*  
moniti *art. 17.* §. 6. jubeantur, claro sane legem esse, quæ vio-  
laretur, argumento.

## §. XV.

Evicta itaque universalitate Pacificationis in genere, *Quinam exte-*  
jam curatius quoque illam explicabimus, quam §. X. *ri obligentur?*  
*Universalitatem subjectivam* diximus. Sunt vero, si *art.*  
*17.* §. 10. *seq.* consulas, illorum duæ classes, qui eadem  
comprehendi dicuntur. Alii *exteri* Principes, alii *Ger-*  
*mani*



*mani.* Ex illis nominantur *Rex Catholicus, Rex Angliæ, Rex & Regna Daniæ, Norwegiæque cum annexis provinciis, ut & Ducatu Sleswicensi, Rex Poloniæ, Rex & Regnum Lufitaniæ, Magnus Dux Moscoviæ, Dux Lotharingiæ, Respublica Veneta, omnes Principes & Respublicæ Italicæ, Ordines fœderati Belgii & Helvetiæ, Rhetiæque & Princeps Transylvaniæ.* Sed laxam illorum obligationem quis non videt? quum unico Pontifice excepto omnes Europæ Proceres in majus saltem Pacificationis robur & ornamentum recenseantur. Illius enim Pontificis Romani a neutra parte facta mentio, quod facile præviderent, pacis leges ipsi non posse non displicere, qui toties per Nuntii protestationes jam diffensum declaraverat, ut ipse **FABIUS CHIGIUS** *d. 17. Septembr.* ante ipsam publicationem *cum Cæsareis & Gallis super iis rebus deinceps agere renuerit, & quæ hucusque in manibus ejus fuerant, vocatis ad se Legationum Secretariis, restituerit.* *Arcan. Pacis Westph. p. 459.* Reliqui ergo, qui bello non fuerant impliciti, nec Statuum numero continebantur, in testimonium saltem adfectus & amicitiae magis nominantur, quam obligantur, & occasio potius obligationis, cui, si velint, accedere possint, quam vera obligatio ipsis monstrabatur. Solenne est enim quandoque liberis gentibus in publicis pactionibus respublicas quasdam nominare, & ut accedant invitare; uti in illo celeberrimo, quod jam subsistit, fœdere quadruplici **QUADRUPLE ALLIANCE** jam Anno 1718. memorari Belgas quoque fœderatos legimus, quamvis superiori demum anno & non nisi certis conditionibus ægre accesserint. Qui ergo neque per legatos suos interfuerunt pactioni, neque subscriptione eandem muniverunt, neque ratihabitione



tione aut adprobatione subsequente agnoverunt, aut pacificationibus insecutis fundamentum illarum admiserunt, obligatos eo minus habere possumus, quo infrequentius & injustius videretur Germaniæ Rempubicam & paciscentes aliis Rebuspublicis & personis sui juris e. g. Magno Duci Moscoviæ legem sua pactione potuisse indicare. Quod ad *mediatores*, ait HENNINGESIUS *in Meditat. ad I. P. O. art. 17. §. 5. uti non crediderim, hoc solo officio illos præstandæ etiam pacis causâ obligationem contraxisse, si amplius nihil actum sit: ita dubium non est, quin si auctores simul servandæ pacis fuerint, eo etiam nomine sponsorum aut fidejussorum loco haberi possint.*

## §. XVI.

Intuitu vero Germaniæ arctior utique obligatio uni-<sup>Obligatus</sup>versis, & Imperatori pariter ac Statibus incumbit. <sup>Imperator.</sup> Ut enim Imperatorem præcipuum tum inter belligerantes, tum vero inter paciscentes quoque *art. 17. §. 20.* locum obtinuisse ex antecedentibus jam satis abunde constat, ita moris dein fuit, ut singulis Capitulationibus Ferdinandi IV. Leopoldi, Josephi & Caroli VI observantiam hujus legis *art. 11.* injungerent, sonderlich aber in dem Münster- und Osnaabrückischen Frieden-Schluß, bevorab was ic. und dem Nürnbergischen Executions-Receß &c. gleich wäre er dieser Capitulation von Worten zu Worten einverleibt, stet fest und unverbrüchlich halten, und unter keinerley Vorwand, er sey wer der wolle, ohne Churfürsten, Fürsten und Stände auf einen Reichs- oder ordinari Deputations-Tag vorhergehende Bewilligung daraus schreiten, sondern dasselbe gehend handhaben, und darwider niemand beschweren, bührend handhaben, und darwider niemand beschweren, auch nicht gestatten, daß

D in



in Religions-Sachen jemand dem Instrumento Pacis, dem Nürnbergischen Executions-Recess entgegen vergewaltiget, graviret, oder turbiret werde, zumahlen auch diejenigen, so sich gegen iztermeldeten Friedens-Schluß, als ein immerwährendes Band zwischen Haupt und Gliedern und diesen unter sich selbst, zu schreiben &c. unternehmen würden, gehührend abstraffen, die Schrifften und Abdruck cassiren, und gegen die Autores so wohl als Complices mit Ernst verfahren, auch alle wider den Friedens-Schluß eingewendete Protestationes und Contradictiones, sie haben Mahmen wie sie wollen, und rühren woher sie wollen, nach besag erst gedachten Friedens-Schlusses verwerffen, und vernichten, wie sie denn auch längst verworffen und vernichtet seyn, &c. Schemati quoque Capitulationis perpetuae art. 2. eandem obligationem imperatoris insertam cernimus. Vox inde Imperatoria Majestate, in qua Caroli V. testimonio fides nunquam exulare debet, dignissima, qua nuperrime in motibus Palatinis per literas R. M. Borussiae declaravit, se in hoc casu, maxime ex pace Westphalica decidendo, constitutionibus Imperii & hac imprimis usuram.

## §. XVII.

*Obligat Status  
per omnes  
Provincias,  
que Germania  
insunt.*

Statuum quoque omnium & singulorum obligationem intuitu feudorum Imperii ex Pacificatione coortam nemo negaverit, qui formularum solemnium vim zwischen Haupt und Gliedern und diesen unter sich selbst, R. I. de An. 1654. §. 6. inter utriusque religionis Electores, Principes & Status omnes & singulos art. 5. §. 1. Ecclesiasticos aequae ac Politicos sive Status Imperii sint, sive non art. 17. §. 2. nomine vero omnium Electorum, Principum & Statuum Deputati art. 17. §. 12. reliqui Status omnes & singuli, qui subscriptio-

ue



ne & ratificatione supersedent, tam firmiter ad observantiam &c. obligati sint verb. final. I. P. O. & plurimas alias conf. §. XI. *supr.* æquo animo æstimaverit. Bello adhuc antecedenti omnes fuerant impliciti, & pace adeo subsequenti, cui exauctoratione militum, securitatem ex pace sperantes, morem gerebant, continendi erant. Nec statum quendam facile inveniri crediderim, qui non commoda permulta ex I. P. O. perceperit, exque re adeo ipsa ad agnoscendam illam sit obligatus. Subscribere quoque complures Executionis Recessui Norimbergensi, qui ipsi Paci expressa subscriptione non accesserant, & Recessum denique Imperii, cui Pacificatio inserta fuerat, suum quoque fecerant. Et ne ingeniosa fraus aliquando ipsam pacis sanctimoniam & obligationem personalem modo, quæ ad viventes ac subscribentes solummodo pertineret, ementiretur, sollicitè satis verba *art. 1. §. 1.* addita, quod ad *singulorum heredes ac successores* quoque transire debeat, qui quamvis ab Antecessoribus pactioem hanc constituentibus causam successionis & obligationem illam non accipiant, habent tamen a civitate, quam regendam suscipiunt, quæve lege illa fundamentali adstringitur. Quid quod Capitulatione Cæsarum singulorum, Electores nomine omnium, de novo quasi & per modum æterna legis ratihibuerunt, & implicite adeo, dum æternam legem volunt, agnoverunt. Quod si vero extra Germaniam provincias status possideant, in illis non alio, quam quo-exteri §. XV. *supr.* obligabantur, modo obstringi ex Jure, quo in illis terris utuntur, quodve illæ Paci alia longè ratione, quam Germanica territoria accesserint, per se constat.



## §. XVIII.

*Directores &  
Duces obli-  
gantur.*

Quo sanctior vero Directoribus & Ducibus circulo-  
rum publicæ tranquillitatis cura & legum publicarum cu-  
stodia demandata est §. 17. 160. R. I. d. a. 1654. eo arctior  
quoque Pacis observandæ & expediendæ obligatio ipsis  
tum ex generali, quod tuentur, munere incumbit; tum  
*quod tam Directoribus ausschreibenden Fürsten, quam Præ-  
fectis militiæ circularis, Crayß-Obersten, ut ad requisitio-  
nem restituendorum juxta ordinem Executionis & hæc pæ-  
cta restitutionem cujusque promoveant & perficiant Impe-  
rator Edicto ut injungeret art. 16. §. 2. & ne quis Directo-  
rum & Præfectorum circularis militiæ executioni §. 6.  
art. 16. resisteret, esset cautum.* Perfecit illud speciali  
adhuc Imperator rescripto, quod *arctior modus exequendi*  
*an die Crayß ausschreibende Fürsten d. 2. Martii 1649. voca-  
tur.* Legas enim in illo, als thun wir E. And. und Pbd.  
nochmahls gnädigst auftragen und ernstlich befehlen, daß sie  
allen und jeden Interessenten ꝛc. zu allem demjenigen, was  
das Instrumentum Pacis, so wohl als unser darauf fundirtes  
Edict außweist ꝛc. ohne einige Zeit-Verliehrung, sumtibus  
deren die in mora seyn, und zwar, wo das Instrumentum spe-  
cialiter disponirt, secundum literam, im übrigen ex regulis  
generalibus quoad punctum Amnestiæ &c. alles nach An-  
laß berührten Instrumenti Pacis Osnabrugensis ohne eini-  
gen Anhang oder Reservation, so vorgemeldten Instrumen-  
to Pacis zuwider läufft, verhelffen, und sie solchem gemäß  
vollkommen restituiren, und alles, dasjenige, was vergli-  
chen, vollständig exequiren ꝛc. Edicto Executionis d. 7. No-  
vembr. d. a. 1648. und befehlen solchem nach hiermit zugleich  
allen und jeden ausschreibenden Fürsten und Crayß-Ober-  
sten,

IMPERATOR

§. D



sten, gnädigst und ernstlich, geben ihnen auch, als durch mehr bemeldten Friedens-Schluß absonderlich verordneten Executorn unser Kayserl. Vollmacht und Gewalt, daß Sie ꝛc. allen denen, welchen dieses Orts etwas zu restituiren ist, der verglichenen Executions-Ordnung zu Folge zu demjenigen, worzu Sie in Krafft dieses Frieden-Schlusses befugt, für sich selbst ꝛc. unweigerlich verhelffen, und sich daran in keinerley Weis und Wege hindern lassen. ꝛc. ꝛc.

## §. XIX.

Neque discrimen illud Religionis, quo Statuum quidam Catholici, quidam A catholici, seu Protestantes, & in his Evangelico-Lutherani & Reformati dicuntur, differentiam quandam ratione illius obligationis admittit. Quam enim omnes legibus fundamentalibus iisdem utantur, omnes quoque & maxime quidem ob diffidia religionis belli tricennalis calamitates experti fuerint, omnesque tandem pacis fructus legerint, iisdem quoque pacis sanctionibus omnes teneri recte satis affirmatur. Præviderat forsitan circumspecta illa transigentium agendi ratio vim istam obliquam, qua pacis ofores prætextu diversarum in sacris hypothesium unionem ex pace sperandam evertere ac nova data occasione hoc obtentū discordiarum classica canere olim denuo conari possent; obviam hinc eundem ejusmodi ausibus rata instituit, *ut contra quemcunque sine religionis distinctione universas & singulas hujus pacis leges omnes tueri ac protegere, & siquid eorum a quocunque violari contigerit, læsus ledentem debortari teneretur. art. 17. §. 5.*

Tenentur igitur non minus Catholici Protestantibus, & in his Lutherani Reformatis esse auxilio & præsidio, quam hi illis, neque vitio vertendum læso, si ad auxilia illorum,

*Obligat Religionem disidentes.*



qui alia sacra profitentur, confugerit. Sufficit enim in mantenenda pace, & obtinendo jure illum, cujus auxilium imploratur, æque membrum Imperii esse & pacis vigore ad firmandam illam obligari, nec ex hujus nexu dimittendum, quod aliter ipsi in Religione, quam imploranti, videatur.

## §. XX.

*Clerici quoque hac lege obligantur.*

Quum etiam Clericis, quo magis scilicet circa res divinas occupati, iisdemque adeo adfueti sunt, in omnibus propemodum religionibus frequentius accidat, ut pertinacius sententias suas defendant, hominibus inde suæ confessionis præ aliis faveant, & cultus divini obrentu jura quandoque societatis civilis & justitiæ postponant, ut Protestantes imprimis de Cleri Pontificii inclinatione quavis occasione Protestantibus nocendi sæpius in Comitibus conquesti sint, omnes verbis *art. 17. §. 2. Ecclesiastici æque ac Politici, & §. 4. sive Clerici sive Laici fuerint, it. §. 5. art. 16. sive Clerici sive seculares* perpetuam hanc & pragmaticam sanctionem observare jubentur, & si de novo quem gravare tentaverint, poenam fractæ pacis ipso jure & facto incurrere *l. c.* dicuntur. Necessaria scilicet hæc cautio fuerat, quod sacer ordo meliori plerumque conditione in republica vivere velit, eandemque a legibus exemptionem ex Jure quandoque sibi persuadeat. Fuerant quoque præcipue Ecclesiastici, qui, temporum opportunitate usi, & reformandi pruritu accensi, audacter plurima immutaverant, quod factorum non nisi apud Ecclesiasticum magistratum rationem reddendam sibi existimarent; nec præter rem fuerat hæc conjectura, quum, non obstante hac dispositione, restitutiones ad gravamina Protestantium in  
hanc



hanc usque diem in nonnullis locis Ecclesiastici negaverint, inque pluribus adhuc ab initio negaturi fuissent, nisi violanda pacis libidini ac pervicaciae fractae publicae pacis poena & executiones in refractarios *all. loc.* definitae fuissent. Sanctio tamen poenalis, quae primo intuitu nullo habito discrimine Clericorum & Laicorum hic statuit, ex verbis additis *juxta Constitutiones Imperii* explicanda est, quae ex Characterere Clericorum indelebili credito, quemque ne reipublicae quidem causa auferre liceret, in proscriptioibus vitae Clericorum corporumque inviolabilitati parcitur, & terrae, dignitates & jura quae Imperii beneficio possidentur, saltem ob delictum fractae pacis publicae eripiuntur: id quod etiam flebile beneficium Clerici Ordinis ex *art. 5. §. 1. ut quod uni parti justum est, alteri quoque justum sit*, & inde probata aequalitate, quoad Clericos Protestantes & Episcopali dignitate fulgentes asserit HENNINGES *in Meditat. ad I. P. O. art. 17. §. 4.*

## §. XXI.

Dicitur porro Universalitas illa subjectiva obligationis ex I. P. O. etiam de illis, qui statibus opponuntur, sive immediate sive mediate imperio subsint. *Articuli enim 17. §. 10. & 11. libera & immediata Imperii nobilitas* insimul comprehenditur, & *art. 16. §. 5. Communitates* quarum immediatas, quae non sunt Status, & mediatas habemus, inseruntur. *Privati quoque sive Clerici sive seculares sint art. 16. §. 5. obstricti* dicuntur & *sive Status sint sive non*, item *Cæsarei, Procerumque Consiliarii & Officiales nec non Tribunalium omnium Judices & Assessores de Regula, quam perpetuo sequantur, praescripta art. 17. §. 2.* admonentur. *conf. etiam verba prooemialia Edicti Executionis Ferdinand. Uti*

*Obligat etiam non Status, & cives medietatis.*

enim



enim aequissimum fuerit, si Status obligandi erant, ut ii, qui non sunt, attamen immediati, quoque obstringerentur; quod inter pares & utrinque immediatos jura quoque & leges aequales & pares esse deberent: ita subditi Territoriorum voluntate dominorum suorum in hoc placitum consentientium eadem, qua circa alias leges imperii universales, obligatione constringebantur. Cautela inde etiam adversus *militēs praesidiarios art. 16. §. 6.* addita, ne illi, in locis, forsitan Catholicis, adhuc excubias agentes suggestionē cleri, qui restitutionem invidis oculis aspiciebat, vel metum restitutionem petentibus injicerent, vel alio modo illis obsisterent, v. *HENNINGES Meditat. ad I. P. O. art. 16. §. 6.*

## §. XXII.

*Obligat omnes  
quoque concionantes &  
differentes.*

Quoque magis audacter inter privatos illi quandoque ferociunt, quibus ex suggestu verba facientibus nemo obloqui potest; *utriusque Religionis magistratus severe & rigorose prohibere debet, ne quisquam publice privatimve concionando, docendo, disputando, scribendo, consulendo hanc pacificationem sive declarationem Pacis religiosae sive Transactionem uspiam impugnet, dubiam faciat, aut assertiones contrarias inde deducere conetur art. 5. §. 50.* Suspicio scilicet suberat non modo plebis animum per conciones in odia adversus pacem & pacificentes posse concitari, sed & plura ejusmodi scripta metuebantur, qualia ipso pacis tempore personatus *Ernestus de Eusebiis, An Pax, qualem desiderarent Protestantes, sit secundum se illicita & Vehiculum Judicii Theologici*, in summum publicae negotiationis contemptum in vulgus sparserat. Hinc quae *R. I. d. a. 1530. §. 6. 54. seq.* in concionando jam injuncta fuerat, moderatio



deratio denuo imperabatur; neque in oblivionem sanctio hæc adduceretur, An. 1716. singulari adhuc Decreto Comitiorum renovabatur. *iii* Jubentur itaque singuli modeste de saluberrima hacce lege sentire, ab injuriis sibi temperare, neque universalitatem aut perpetuitatem impugnare. Quo ipso tamen neque Religionum fundamenta, aut errores Theologicè demonstrare, neque in ipsam Pacificationem commentari, modo veritatis studio & modestia comite fiat, prohibetur; sed fervor saltem intempestivus improbat, quo publica tolerantia, pax Religiosa & jura, quæ in aprico sunt, tum inter Catholicos & Protestantes, tum vero inter Evangelico Lutheranos & Reformatos turbantur & impugnantur.

## §. XXIII.

Ubi ergo satis operose, & ex illorum forsitan mente, qui *Obligat per omnes articulos, Edicta Executionis & Executionis recessus.* de *universalitate obligationis ex hac Pacificatione* non ambigunt, nimium prolixè de illa egimus, quam §. X. supra *subjectivam* diximus, illam quoque, quam *objectivam* asserimus, delineabimus. Scilicet asserimus Imperatorem, Ordines, Directores Circulorum, Religione diffidentes & conformes, Clericos & Laicos, immediatos quosunque & privatos quoslibet mediatos *Pacis articulos omnes & in illis paragraphos singulos, Executionis Edictum, Articuliorem exequendi modum, Executionis Recessus Norinbergenses de Anno 1649. & 1650. & repetitionem in Recessu I. d. a. 1654. factam* Universalem merito & fundamentalem legem agnovisse. Testatur idem R. I. d. a. 1654. §. 4. daß derselbe zu aller und jeder darinn enthaltenen Pacten und Vereinigungen Gewiß und Sicherheit ein ewiges Gesetz und Sanctio pragmatica des heiligen Reichs Fundamental-



mental-Satz und Ordnungen verbindlich seyn, und zu solchen Ende denen Reichs Abschieden einverleibet werden solle. Uti autem Recessuum Imperii obligationem nemo in dubium vocaverit, qui indolem conficiendi pacitiam illorum noverit, ita ad ea omnia quoque quilibet se obstrictum sentiet, quæ Recessui omnium subscriptione firmato inserta & per modum portionis essentialis und des ersten Haupt-Puncts v. §. 4. R. c. nexu æterno ipsi adjuncta leguntur. Idem quoque olim innuerat formula ratificationum, quod omnes & singulos tractatus articulos, & quicquid tota illa pacis conventionione contineretur, firmiter, constanter, inviolabiliterque sint servaturi, vid. in Aut. Arcan. Pac. Westphal. p. 47. Sublatum etiam ipsa provida pacifcentium sanctione art. 16. §. 5. dubium est, quod inter regulas generales, e. gr. art. 3. §. 1. art. 5. §. 2. 14. 25. art. 7. §. 1. vel speciales expressasque quasdam dispositiones, e. gr. art. 4. art. 10. seq. hujus Transactionis ad eludendam illius vim universalem excogitari potuisset, quod art. 17. §. 3. verb. contra hanc transactionem ullumve ejus articulum aut clausulam nulla jura &c. admittantur & Edict. Execut. Ferdinand. d. a. 1648. vermöge dieses Friedens, und dessen gemeiner oder auch einiger sonderbaren Regel und Verordnung repetitum fuisse deprehendimus.

## §. XXIV.

Obligat quoque universalliter quoad decreta Commissionum Cesarearum ex I. P. O. pronuntiantium.

Qua de re quum nihil superfit, quod dubium circa universalitatem portionum quasi essentialium pacis relinquat, dispiciendum adhuc an quædam alia capita sint, ad quæ illa quoque universalis statuum submissio extra I. P. O. adhuc sit extendenda. Fuerant enim non modo art. 16. §. 4. sed & Executionis Edicto Commissiones Imperatorie pro-



promissa, quibus restitutiones, & executiones per ipsas Pacis Tabulas ob infinitum illorum numerum sponte sua non peractæ decidendæ & expediendæ permitterentur. Quumque ad preces nonnullorum, qui restitui in jura ante motuum initia possessa in votis habebant, Commissiones Cæsareæ decernerentur, quæ assertorum veritatem & probationes judicarent, illis equidem cognoscentibus & recessibus ab ipsis promulgatis ac regulis I. P. O. conformibus eadem tribuenda erat autoritas, quæ I. P. O. art. 16. §. 6. edicitur; *ne quis sive status, sive miles, præsertim præsidarius, sive quilibet alius sese opponeret & liberum esset executoribus contra eos, qui executionem quovis modo impedire conarentur, suis vel etiam restituendorum viribus uti.*

## §. XXV.

Quum etiam legum fundamentalium & inde quoque hujus conventionis *Interpretatio authentica* maxime per verba art. 5. §. 50. paciscentibus sit reservata; ut si quid dubii hinc aut aliunde incideret, aut ex causis pacem religiosam aut hanc transactionem tangentibus resultaret, de eo in comitiis vel aliis Imperii conventibus inter utriusque religionis proceres non nisi amicabili ratione transigeretur, eadem procul dubio illi quoque fides, si contigerit, habenda erit, quæ ipsi textui ad illud usque tempus Interpretationis habita fuit. Contingere hæc posset, si tale dubium subnasceretur, quo de voluntate Constitutionis non constaret, vel ubi æquitas cum jure aperte committeretur & non a verbis solum, sed etiam a sententia Legislatoris aliena esset juxta *l. g. l. ult. C. de LL.* Ubi vero ex contextu legis, aliorumque articulorum, seu Historia Pacificationis indubia, obscuritas saltem adparens dilui posset, non modo

*Obligat etiam  
universaliter  
quoad inter-  
pretationem  
authentica  
& doctrina-  
lem indubiam.*



do interpretatio doctrinalis obtinere potest; sed & per  
*verba ratificationis ap. Aur. Arcan. Pac. Westphal. p. 47.*  
*cessionis & renunciationes tam in Instrumento dictæ pacis*  
*quam extra illud DE COMMUNI SENSU FA-*  
*GTAS & quas adhuc fieri est conventum, pro universali*  
 norma, donec contrarium lege edicatur, eandem  
 haberi posse non præter rem  
 statues.



SECTIO



SECTIO SECUNDA

QUA

ARGUMENTA

UNIVERSALITATI  
OBLIGATIONIS

EX

INSTRUMENTO PACIS WESTPHALICÆ

APPOSITA

RECESENTUR AC DILUUNTUR.

- §. I. *Causa recensentur quibus evenit, ut multis Pacificatio Universalis aliquando non videatur.*
- §. II. *Quot modis universalitas obligationis negetur?*
- §. III. *An Pacificatio ob inevitabilem saltem necessitatem licita dicenda sit?*
- §. IV. *An obligentur, qui tabulis non subscripserunt?*
- §. V. *Aut protestati sunt in promulganda pacificatione?*
- §. VI. *Aut absentes tempore consicienda & publicanda extiterunt?*
- §. VII. *An ex propria confessione Pacificatio per R. J. d. a. 1540. & 1544. aut R. J. antecedentes si contrarii quid statuunt, restringatur?*
- §. VIII. *An Universalitati contra agendo, aut per mutationes singulares damnum datum sit?*
- §. IX. *Clausula Art. IV. Pac. Ryswic. universalitas J. P. O. in locis sic restitutis non restringitur; nec Germania Ordines inter se hac clausula obligantur.*

F

§. X.



- §. X. *Contra I. P. O. nec Concilia, nec Dispensationes Pontificum, nec Concordata, nec Religiosorum exemptiones, allegari queunt.*
- §. XI. *Nec jura civilia & Canonica: nec processus contra eam decerni possunt.*
- §. XII. *An sub specie equi bonique sine patiscientium consensu arbitrio proprio à statu immutari queat?*
- §. XIII. *An Edictum Ferdinandi restitutorium & Pax Pragensis contra J. P. O. allegari possit?*
- §. XIV. *In quantum his sanctionibus §. anteced. memoratis derogetur per J. P. O.*
- §. XV. *An obliget Catholicos cum catholicis litigantes?*
- §. XVI. *An religione a Protestante mutata bona ecclesiastica secularisata ad Pontificios redeant?*
- §. XVII. *An homini Catholico Bulla Pontificis, & Jus Canonium in possessione bonorum Ecclesiasticorum jam patrimonialium factorum malam fidem excitare possit?*
- §. XVIII. *An Ecclesiastici ab obligatione sint immunes?*
- §. XIX. *An verbum Omnes art. XVII. §. 5. collectivè an distributivè sit habendum?*
- §. XX. *An pertineat J. P. O. ad ea, quae sunt in territoriis Germania, an vero ad illa quoque, quae sunt de Territorio.*
- §. XXI. *An clausula salvatoria salvis juribus quibuscunque universalitati deroget?*
- §. XXII. *An restitutioni ex J. P. O. debita Jus retentionis opponi queat?*
- §. XXIII. *An Acta Commissionum Cesarearum ex J. P. O. decretarum etiam universaliter obligent?*

§. XXIV.



- §. XXIV. An bona, quondam Ecclesiastica, de in vero reformata aut secularisata ex art. V. §. 25. judicanda?
- §. XXV. Quod obligationi nihil detrahatur, etiamsi adhuc non fuerit satisfactum, & quomodo illud e vestigio art. XVI. §. 1. intelligendum sit?
- §. XXVI. Quid juris, si quis in excessu sit restitutus?
- §. XXVII. Remedia universalis obligationis ex P. J. O. servanda.

INSTRUMENTO PACIS  
OSNABRUGENSIS



F 2      Sectio



SECTIO SECUNDA.  
DISSERTATIONIS  
DE  
UNIVERSALITATE  
OBLIGATIONIS  
EX  
INSTRUMENTO PACIS  
OSNABRUGENSIS.

## §. I.

Causæ,  
quod ali-  
quando  
universa-  
lis multis  
non vide-  
atur.



Uæ igitur sanguine Germano-  
rum & multo ære parta Pacifi-  
catio ære quoque perennior esse  
debuisset, non modo vi aperta  
armorum & bellis in multis in-  
clinata est, sed & vim indire-  
ctam atque dolum illorum sensit,  
qui litera legis servata, & uni-  
versalitate ejus publice agnita, sensum tamen corrup-  
pere & restringere sapissime tentarunt.

Ut enim illa vitia multorum adhuc animis hære-  
re taceam, quæ, notabilia sane, ut ut invidiæ plena sint,  
causæ belli pacificationem antecedentis ab autore illo  
personato cujus §. 3. *supra Sect. 1.* mentionem fecimus,  
referuntur, Zelus aliquando religionis, quo multi  
intra



intra & extra muros feruntur, intempestivus, & bonorum ecclesiasticorum aviditas distorquendæ & restringendæ legis fraudes peperit. Quæ enim quorundam perversa explicandorum officiorum, quæ Corpori, cui nomen semel dederunt, exhibenda sunt, est ratio, ut sibi persuadeant nullo modo quid admittendum, quo opes aut prærogativæ Collegio illi debitæ imminui possint, multos quoque in explicanda Pace Osnabrugensi ita corruptit, ut præpostera ratione amuffim ad lapidem non lapidem ad amuffim attulerint, inque favorabilibus sibi casibus statim ad Pacem provocaverint, in odiosis verò & præstationibus casum ad legem Pacis referre hæsitaverint. Uti ergo favor religionis, seu corporis aut status cui rationes suas submiserunt ipsis est regula, non transactio hæc Westphalica; ita vel doli vel ignorantia in moralibus eisdem merito arguas, qui etiam in iniquis Religionis, Rationi status, Interesse Domini sui aut etiam proprio commodo indulgendam aliquid arbitrantur. Quodsi enim nihil magis contra naturam est, teste Cicerone *Offic. l. 1. 11.* quam ut *aliquis cum alterius damno suum commodum augeat*, magis adhuc contra eandem esse reor, contra Jus & dispositionem legis commoda societatis, cui favemus, vel defendere vel augere velle. Mansit adhuc alta mente quibusdam Catholicis jactura tot Episcopatum, tot Abbattiarum, totque bonorum ecclesiasticorum reposita, quæ Pace hac ad redomendam publicam quietem in sæcularem usum conversa sunt, ut satis audacter in ipsos negotio *clausula artic. IV. Pacis.*



*Pacif. Ryswicensis*, qua tanta vis J. P. O. illata fuerat à Catholicis ad querelas Protestantium responsum legamus: Ob sie die Protestanten zu Münster oder Dinsbrück arbeiten helfen, daß der von vielen hundert Jahren her geübte Catholische Gottes-Dienst und darzu gewiedmete Güter erhalten worden, und lieber den Krieg mit Frankreich und Schweden fortgesetzt, als denen Catholischen deren Abtretung und Dahintenlassung nöthigen lassen, ironice adjungendo, daß man denen Protestanten die von ihnen erbaute und zu ihrer Religion gestiftete Güter gerne lassen wolte. Vid. Bericht der Kayserslichen Gesandtschaft an den Kaysen, in puncto Claus. art. IV. Ryswic. in *Fabr. Staats = Gangles* T. III. p. 746. Accedit ad hæc partium studia perplexitas & obscuritas, quæ maxime humana est, verborum quorundam in J. P. O. quæ uti *Henningsso* variis in locis *meditationum* suarum, ut & aliis adeo probe observata fuit, ut quoque decisionem ejusmodi obscure dictorum addere ausi non fuerint, ita ipsi quoque pacificentes art. V. §. 50. *verb. final.* implicite illam agnoscunt, aut potius verentur: *add. Observat. Burgold. p. 1. discurs. 2. membr. 2.* Hanc obscuritatem sive veram sive adparentem si cum præjudicio favoris vel odii illorum, qui ex J. P. O. vel jus petunt vel petitum negant, jungas, frequentissimam evertendæ universalis obligationis occasionem dedisse credimus; ut hac obscuritate accedente dissentientes non semper malitiæ, sed imbecillitatis humanæ, quæ præceps in ejusmodi errores est, quandoque arguas.



## §. II.

Vis vero universalitati obligationis ex præfata transactione *art. XVII. §. 4.* triplici via inferri dicitur Quot modis universalitas obligationis turbetur?

1. *Si quis huic transactioni consilio vel ope contra venerit,*  
i. e. vel directè & negando se illa teneri, vel causas inanes illi elidendæ prætexendo.

2. *Vel executioni & restitutioni repugnando vel*

3. *Legitimo modo convento & sine excessu facta restitutione sine legitima causâ cognitione, & ordinaria juris executione restitutam de novo gravando, cui quartum adhuc ex art. V. §. 50. & Capitul. Carolin. VI. art. II. verb. final. addere liceat, pacis sanctimoniam concionibus, dissertationibus aut scriptis quibuscunque convellendo. Modus itidem exprimitur art. XVII. §. 4. in illam impingendi, quod eodem loco habeatur, sive quis consilio sive ope contraverit, quorum illud hi præcipue sibi dictum putent, qui otio marcescentes, quo ingenium exercent, non habent, nisi ut paci violandæ turbida & invidiosa consilia inveniant, quibus saltem, si aliæ vires desint eos, quos semel pacis fructibus suo arbitrio indignos existimarunt, iisdem quoque spolient & exuant. Et de his ipsa pacificatione jam improbatis consiliis refellendis nos maxime impræsentiarum erimus solliciti. Fiet autem eodem ordine, quo ipsum J. P. O. alleg. loc. eadem olim extimuit, & quodam damnavit.*

## §. III.

Subtili ergo arte primi omnium fundamenta hu- An Paci-  
jus Pacificationis subruere illo forsitan tentarunt, qui ficatio ob-  
pacem in evita-  
bilem sal-



scilicet ne-  
cessita-  
tem licita  
dicenda  
fuerit.

pacem ob inevitabilem saltem necessitatem licitam ac toleran-  
dam existimarunt. Scribit enim fatis arroganter Bus-  
nisch ad art. VII. obs. 7. Hac ratione religio Lutherana &  
Calvinistica cum Catholica in nostro Imperio Romano Germa-  
nico nuper recepta, sed non eodem modo, quoad prerogativam  
Catholicorum enim, ut antiqua & universalis per se & pro-  
prio Jure: Lutheranorum à Catholicis ut permissa: Reforma-  
torum vero hic imposterum toleranda est: Status enim Reipub-  
licæ tum ita erat perturbatus, ut sine totali internectione aut  
sanguinis effusione res aliter componi nequiret. Quiescen-  
dum ergo & tempori aliquid condonandum erat, ne alias tota  
Respublica, & cum ea Ecclesiæ hospitium periret. Aliquid  
mali propter vicinum malum tolerandum est. Quamvis au-  
tem negari non possit, Hermannum quondam Conringium  
scripto & consultatione Catholica, qua se Irenæum En-  
bulum & Theologum Pontificium simulaverat, pru-  
denti consilio hoc maxime argumento usum fuisse, ut  
secundum c. 4. X. de reg. Jur. quod non licitum est in lege,  
licitum facit necessitas, cum simulato quodam Protestan-  
tium, quos Hæreticos agit, flagitio Pontificiis durio-  
ribus pacem Protestantibus dandam svaderet, conf.  
etiam ex Catholicis *Caramuelis Pacem licitam* hodie ta-  
men in eo non subsistendum, sed plenius ostenden-  
dum necessitate, conventionem hanc Jure Gentium  
præceptam & necessariam habendam esse. Illo enim  
argumento obligationis ex Pace tantum admisso, nec  
Protestantes mala fide circa illa, quæ ex Pace parta  
sunt, jura libertatis sacræ pariter & civilis unquam  
absolverentur, nec prætensiones ex ea formandæ,  
remoto



remoto jam necessitatis casu Protestantibus licita, aut à Pontificiis admittendæ & audiendæ viderentur. Ut enim taceam, necessitatem majorem forsitan, quam fuerit fingi, quum integris utrinque viribus, aut non adeo accisis, ut metu extorta dici queat, per multas quinque annorum belli vicissitudines pax obrenta fuerit: Dicendum potius Protestantes & status in obtinenda hac Pace jure suo usos fuisse, quod illam libertatem religionis, quæ ex omni sacrorum indole hominibus esse debet, quæsiuerint, imperium papale, quod ipsi Pontificii scriptores ante reformationem jam improbaverint, *conf. Goldasti Monarchiam Imperii & Scharzii collectionem scriptorum de jurisdictione Imperii* excusserint, ac abusus sub religionis specie in Republicam invecos & ipsis Pontificiis increpatos vid. *C. Gravamina Nationis Germanic. in Comit. Norimb. d. a. 1522.* priores laceffiti & arbitrio liberæ & impeditis Republicæ urentes sustulerint. Nec Superioritatem Territorialem, quæ belli tempore & læta primum Cæsaris fortuna bellica periclitabatur, pace vero de novo confirmabatur, Imperator primum ab exteris forsitan coronis coactus de suo concedebat; sed illam saltem, quæ à tempore Conradi in Republica fuerat, agnoscebat eandemque imposterum stabilem & inconcussam esse jubebat. *vid. Conring de Constit. Episcop. §. 70. it. de pace perpetua p. 165. Titii Jus Publ. Lib. II. c. VI. §. 17. sq.*

## §. IV.

Directe magis universalitatem pacis oppugnatum

G

An Obstatum  
geatur,



qui tabu-  
las non  
subscri-  
pserunt?

tum ivere illi, qui principibus suis persuadere conati sunt, *pace proprie illos non obligari, qui nomen suum & sigillum neque ipsis tabulis, neque ratificationibus subdidissent.* Quum enim in ipso tractatibus pacis fine imponendo legati propemodum omnium ordinum adessent, quorum præter Electorales syllabum *Autor Arcan. Pac. Westphal. p. 404. sq.* procedit, *decretum tamen die xiii. Octobr. & sub sigillo Cancellaria Moguntina Svecis significabatur v. Art. XVII. §. 12.* ut deputatis ad subscriptionem XVI. quos *v. l. c. add. Arcan. Pac. Westph. p. 467.* legatis ex Electorum Principum, Comitum & Civitatum ordine nomine totius Imperii obligatorio pacem obfirmare committeretur, & à Deputatorum Principalibus ratificationes formula conventa & termino bimestri traderentur. Reliquis vero Statuum Plenipotentarius liberum relictum, *velint an nolint nomina sua subfirmare, hoc tamen pacto & lege, ut subscriptione jam nominatorum Deputatorum reliqui Status omnes & singuli, qui subscriptione & ratificatione supersederent, tam firmiter ad observantiam & manutenentiam eorum, que in hoc Pacificationis instrumento continerentur, obligati essent, ac si ab ipsis subscriptio fuerit facta & exhibita ratificatio v. verb. fin. J.P.O. Imo quoad art. XVII. §. 3. quoad sive præteriti sive futuri temporis protestationes jam sancitum fuerat, denuo edictum amplius ne ulla à Directorio Imperii Romani contra subscriptionem à memoratis Deputatis factam vel protestatio vel contradictio reciperetur & valeret.* Quod si ergo illud, quod quis facit per alium, ipse fecisse putandus est, ac mandantes per mandatarios bona fide agentes vere obligantur, subscripsisse quoque & obligati illi putandi sunt, qui Deputa-



putationi ordinandæ consensum suum adhibuerant. At vero universum Imperium, quod à statibus Osnabrugæ congregatis repræsentabatur, deputatos illos nominaverat, *Ancan. Pac. Westph. p. 467. Henninges: Meditat. ad art. XVII. §. 12.* & fides Cancellariæ Moguntinæ, quæ idem testabatur, merito tanti habenda erat, ut nullum de rei hunc in modum gestæ veritate dubium supereffe patiatur. Rationes quoque divinando haud difficulter invenire possumus, quibus subscriptio ab universis ad XVI. illos Deputatos delata est, scilicet, ut Ecclesiasticis & Pontificiis hac via parceretur, qui pacem licet optarent in Papæ tamen gratiam expressam confessionem declinare, & tacite magis quam expresse conventioni accedere malebant. Ad hæc Deputatis expeditio & subscriptio saltem illius actus tuto & citra illud Imperii præjudicium, quod §. 4. *supr. Sect. I.* metuebatur, committi poterat, in quo fanciendo omnes Imperii Ordines debito & comitiorum more accesserant; ut quoque forsitan existimes singulorum obsignationem ideo omiffam fuisse, ne tam proluxa statuum series in nimium & tabulis deformem subscribentium numerum excrefceret.

## §. V.

Verum enim vero si quis in modum Patr. Soc. An obligentur, Jes. Neoburgensium, *vid. Welt- und Staats-Spiegel I. IV. §. 48.* argumentari vellet, tum pactionem qui prote- Passaviensem, tum vero Osnabrugensem, illam qui in promulgan- dem solenni stylo, *Transactionem & Germ. Vertrag,* hanc catione?



hanc vero: sæpissime in ipsis tabulis. *transactionem* vocari, quod sane nomen tum expresse dissentientes, tum vero maxime protestantes adhuc ipsa obligatione eximere videretur. Uti igitur quondam Cardinalis Otto Truchses Augustanus Protestatione se liberaverit, ita illos quoque, qui protestatione exceperint, *transactione* hac nunquam obligatos dicendos esse. Sed ut taceam non tam nomen, quam quod res sit, expendendum esse, & transactionem quoad modum conficiendi, legem vero & sanctionem pragmaticam quoad obligationem & promulgationem utramque recte dici; nomenque transactionis forsitan in J. P. O. adhibitum, ne iisdem terminis propter *nonoQoviadv* uterentur concipientes; transactionis quoque natura ea quandoque esse potest, ut inviti quoque ex compromisso & quod consentire propter pacta antecedentia de modo tractandæ transactionis inita necessum habeant, vere inter se transigere dicantur. Quo igitur jure transactio contra protestationes obliget, & *protestationes* paci opponendæ antecedentes jam rejici potuerint, tum ex comitiorum Jure, tum ex pacificationum, qua bella civilia finiuntur indole, solvas: Postea quam enim ex immemoriali publicorum conventuum ratione observatum & R. J. novissimo d. a. 1654. denuo repetitum est, s. 191. daß in causis politicis die majora gelten, und was man also vor gut finden und vergleichen würde, das solte, wie Herkommens, zu Fassung eines völligen Schlusses gebracht werden, nec non s. 183. daß in Creys-Handlungen jederzeit die majora



jura stat haben, und die mindere Stimmen denen mehrerer nachzugeben verbunden seyn solten, non mireris: illud quod pluribus, ne dum omnibus dicam, placebat, in re maxime politica, ut protestationes scilicet contra pacem tradita rejicerentur, per legis modum reliquis imperari potuisse. Nec ex I. P. O. art. 5. §. 52. auctoritati pluralitatis votorum elidenda quis excipiat, quod in causis Religionis, omnibusque aliis negotiis, ubi Status tanquam unum corpus considerari nequeant, sola amicabile compositio lites dirimere non attendit votorum pluralitate debeat. Ut enim vel maxime neges, in agendo pacis negotio status tanquam unum corpus considerari non potuisse, qui potius omnes pacem optas, se, in commune deliberasse & statuisse leguntur, adhuc de rejicienda pace aut protestatione forsitan excipienda, non per modum corporis in Imperio formati, sed ex peculiari potius affectu declinanda singuli saltem cogitare videbantur, quibus utique pluralitate votorum a reliquis silentium imperari poterat. Neve illud in I. P. O. de facto magis quam jure imperatum videretur, Executionis Recessu Norinbergensi repetebatur adhuc §. 6. wie auch alle ein und andern Orts darwider einwendete oder noch einwendende, in ipso Instrumento Pacis bereits verworffene und pro nullis declarirte Protestationes und reservationen viae Juris vel facti, hiermit cassiret und abgethan seyn, alles bey obangezogenem dem Instrumento Pacis und Käyserlichen Edicten einverleibten Straffen. conf. etiam idem denuo iteratum Rec. Ex. Noriberg. secund. §. 34. Hæc eo rectius dici potuisse quoque senties, si pacificationum, quæ bella



civilia sequantur, indolem penitius intruere. Quamvis enim illas vix sine singulorum paciscentium consensu expresse regulariter iniuri posse asseras, in eo tamen pactionum ab ejusdem civitatis membris initarum rationem à reliquis abire observes, quod ob nimium, quæ ejusmodi tempore est, transigentium numerum & moralem prope impossibilitatem omnium vota in unam, sentiam, posse redigi, major conspirantium inter se pars minori parti derogare possit, non quod justior sit sententia, quæ plurimis arriserit, sed quod inter æquales sibi invicem contradicentes, deficiente arbitro judicante cujus opinione reipublicæ salus magis promoveatur, res adhuc dubia majori probabiliter successu à pluribus quam a paucioribus defendatur. Hinc ne factiones reipublicæ damno longius alantur, & mutuis contentionibus diutius collidantur, ad majus evitandum malum pauciores pluribus cedere communibus civitatum juribus in ejusmodi bello civili finièdo obstricti sunt. Consensus igitur frustra ab eo requiretur, quo etiam invito actus perfici potest. *l. 101. in pr. ff. de condit. & demonstr. l. 17. §. 4. ff. de adil. edict. l. 4. ff. de acquir. hered. 2. Feud. 26. §. moribus in fin.*

## §. VI.

An obli-  
gentur,  
qui absen-  
tes tem-  
pore con-  
ficiendæ

Meliori adhuc jure hæc, quæ contra protestationes Paci opponendas monita fuerunt, illis quoque occurrunt. qui *absentes tunc temporis ordines* obligationi pacis propter absentiam eximere intendunt. Quemadmodum enim in Comitibus absentes, ad ea, quæ



quæ in iisdem decreta sunt, perinde ligantur, ac si & publi-  
 præsentibus fuissent per R. I. d. a. 1500. rubr. wie man candopa-  
 mit ertlichen Ständen, verb. nachdem auch ertliche merck- cis exiter-  
 liche Stände, R. I. d. a. 1512. §. es sollen auch die Chur- runt  
 Fürsten, ita comitiis in Westphaliam quasi ad hunc  
 conventum translatis, omnique negotiatione ad mo-  
 dum comitiorum propemodum acta, art. XVII. §. 2. ad-  
 huc placitum fuit, ut non minus absentes, quam presentes  
 obligentur. Observes quoque in genere de omnibus  
 qui vel præsentibus non subscribere, vel protestati ad-  
 huc sunt, vel absentes tempore pactionis & subscripti-  
 onis fuere, eosdem consensu ad minimum subsequen-  
 ti I. P. O. adprobasse. Sive enim Executionis Recef-  
 sum Norinbergensem, sive Recessum Imperii de anno  
 1654. five Capitulationes Imperatorias, five denique  
 Capitulationem perpetuam subscripserint, aut leges  
 fundamentales agnoverint, perinde erit ac si I. P. O.  
 nominibus & sigillis suis additis accessissent, quum sin-  
 gulis illis sanctio nostra repetita, confirmata, lexque  
 universalis in perpetuam rei memoriam denuo pro-  
 nuntiata fuerit: quæ si perpendas impune forsitan  
 dixeris, neminem hodie ex statibus superesse, qui  
 non consensu suo etiam expresso transactionem hanc  
 legem universalem existimaverit.

## §. VII.

Aliam adhuc Patrum Soc. Jes. Neoburgensium  
 observacionem nota, qua legis se maxime observan-  
 tes simulant, & contra ipsam legem novo dolo ad in-  
 vento

An ex:  
 propria  
 confessi-  
 one Paci-  
 ficatioper  
 R. I. d. a.  
 1530. &c.



1544. aut  
antece-  
dentes a-  
lios, si ab  
I. P. O.  
abeant,  
restringa-  
tur?

vento reapse tendunt. Scilicet Pacificationem hanc  
*art. V. §. 1. Transactionem Passaviensem & pacem Religiosam  
 in omnibus suis Capitulis confirmare & de nonnullis in ea Ar-  
 ticulis controversis perpetuam saltem dicta Pacis declarationem*  
 addere non præter rem asseverant. Quum vero pax  
 Religiosa ut ex *Instructione Caroli V. legatis data art. 1.  
 §. 1. & 10.* apparet, pacis quondam profanæ, aliorum-  
 que Recessuum antecedentium articulos in allen Pun-  
 ten von allen Theilen vestiglich und ohnverbrüchlich zu  
 halten und vollzogen zu werden, singulis imperet, neque  
*R. I. de a. 1530.* neque *d. a. 1544.* pace Religiosa, & quæ  
 illam confirmaret Westphalica abrogati essent. His  
 autem Recessibus *d. a. 1530. §. eisdem & d. a. 1544. §. und*  
*damit aber der Kirchen-Güter & Transact. Passav. §.*  
 diweil bonorum ecclesiasticorum mutationem in pro-  
 fanos usus, adeoque sæcularisationem severe interdi-  
 cit. Sed proprio homines improvidi parumque dicto-  
 rum suorum memores gladio confici & ipsis suis as-  
 fertis refelli possunt: Concedunt scilicet Osnabru-  
 gensem illam pactionem *perpetuam declarationem in non-*  
*nullis ex Pace Religiosa capitulis controversis esse:* Quid si  
 igitur doctrina, quo in loco bona olim ecclesiastica &  
 à secularibus occupata imposterum habenda essent,  
 ejusmodi capitulum controversum & ex pace Religi-  
 osa forsitan adhuc anceps fuisset? nonne dies prima  
 Januarii anno 1624. & modus, quo dicta die bona illa  
 à secularibus possessa, & *qua intuitu bonorum Ecclesiasti-*  
*corum in Politicis mutata sunt art. V. §. 11. it. l. c. reductione*  
*ad Statum dicti anni dieique in omnibus facta* ejusmodi de-  
 claratio



claratio dicenda fuerit. Illa sane, quæ posteriori lege, quam & ipsi adversarii hoc in loco *declarationem perpetuam prioris* agnoscunt, tam clare edicuntur, nullum dubium relinquunt, textus adversos antecedentium Recessuum, & illorum qui tolerantia publica Religionum adhuc sunt priores, antiquare, & mutato tempore mutatam quoque quæ Reipublicæ omni placuit, formam aut dispositionem superinducere. Contra hanc vero transactionem, nequidem Recessus antecedentes ipsique in declaratione sua contrarios adduci posse *ex art. XVII. §. 3.* constat. Monendum quoque illam Caroli V. instructionem legatis ad R. I. d. a. 1555. ineundum datam, non ejusdem valoris esse cum Recessu, qui ex illa cum ordinibus de religionis tolerantia adhuc pangendus erat, in quo verba, quæ citantur, nullibi leguntur; ut inde fallaciam quoque in eo videas, quo instructio ab Imperatore legatis ad comitia proficiscentibus data, cum ipso Recessu ejusque auctoritate legatus committitur.

## § VIII.

Magis adhuc crasse philosophantur, qui *ex omissione executionum pace debitaram, & ejectione nova illorum qui postversalitati pacem restituti fuerant adeoque violatione pacis* argumentantur omnem illius obligationem propemodum antiquatur. Malo certe hujus rei præfagio olim *Forstnerus ad l. 13. Annal. Tacit. c. 14. dixit, sed illa pax (ut cuncta humana) durabit, quamdiu necessum erit, quod tamen bonus noster Deus non sinat,* & in ipsis pacis auspiciis *Servientii* legati

An univ. contra agendo aut mutatio- nibus singularibus prejudicetur?

H

Gal-



Gallici vocem audiam ferunt, *habetis pacem sed nimirum non nisi secundum potentiam interpretantium validam ac firmam. vid. Auct. Dronswellii detecti p. 4.* Negari equidem non potest, quod utriusque verba malo omine prolata notoria illa clausula articuli IV. in pace Ryswicensi, motibus Palatinis, & aliis contra pacem patris tristem eventum sortita sint. Ast quum nullibi ex eo quod fit, sed quod fieri debet legis auctoritas & sensus judicandus sit, omnibusque dudum legibus antiquatis omnis moralitas sublata esset, si exempla contraventionum & neglectarum sanctionum ipsi sanctimoniam quid detrahare potuissent, neque hanc legis nostrae sanctam vim ex hoc argumento periclitari reor, nisi inter eos, quibus omne jus est in armis vagoque rerum novandarum arbitrio positum. Adhuc ratio illa dubitandi provido transigentium consilio speciatim profligitur, dum *art. XVII. §. 4.* casum violatae pacis refert, & *§. 5.* statim verba addit, *pax vero conclusa nihilominus, (i. e. non obstante infractione) in suo robore permaneat.* Neque aliquis argumentetur ipsam pacem etiam paciscentium arbitrio subsequenter pactioibus in quibusdam capitibus mutam esse aut restrictam, & hoc facto universalitatem quoque ejus concidisse. Quamvis enim hoc casu perpetuitas ejus quam *supr. §. 10. Sect. 1.* ab universalitate separavimus in singularibus saltem momentis suspensa sit, tantum tamen abest universalitatem per speciales mutationes defuisse, ut potius iisdem stabilita adhuc & toties confirmata in reliquis dici possit, quoties muta-



mutatio in eadem quoad singularia quædam accidit. Omnis enim exceptio à regula est confirmatio nova regulæ in reliquis.

## §. IX.

Derogabatur scilicet saluberrimæ sanctioni ejus-  
 que universalitati per notissimam illam Clausulam  
 art. IV. Pacificationis Ryswicensis, qua restitutus in  
 genere omnibus locis, quæ sub prætextu reunionum  
 à Gallis erepta fuerant, & restituenda in simul per art.  
 III. I. P. R. in illis jure postliminii ad anno 1624. in I.  
 P. O. expressum religione Protestantium, à Gallis ipsa  
 die subscriptionis & clam exceptio à regula obraderetur  
*Religione tamen Catholica Romana in locis sic restitutis in sta-*  
*tu, quo nunc est, remanente;* qua utique formula, uti Pax  
 Westphalica, quæ pro basi & fundamento in sacris &  
 profanis d. art. III. ejusdem pacificationis alias agno-  
 scabatur satis certe à Pontificiis & aliis restringitur,  
 non tamen exacte liquet in quantum & quo jure uni-  
 versalitas Pacis Westphalicæ intuitu illorum locorum  
 sublata sit. Prænotandum igitur ante omnia est,  
 auctoritate Pacis Osnabrugensis sacrorum habitum ad  
 tempus motuum Bohemicorum in Palatinatu quoque  
 per I. P. O. restitutum fuisse, & licet ibidem sæpius  
 per belli vicissitudines postea turbatus fuerit, eundem  
 tamen semper extitisse, donec in media pace reunio-  
 nibus Gallicanis inventis & bello dein anno 1688. ex-  
 orto, idem hostili vi in provinciis Rhenanis exturba-  
 retur, & Religio Catholica Romana contra I. P. O. le-  
 gemque adeo Imperii Universalem eo tempore que  
 H 2 silent

Clausula  
 Art. IV.  
 Pac. Rys-  
 wic. Uni-  
 versalitas  
 J. P. O. in  
 locis sic  
 restitutis  
 non re-  
 stringitur  
 nec Ger-  
 manicæ or-  
 dines in-  
 ter se hæc  
 clausula  
 obligan-  
 tur.



silent leges, usurpatione introducta, pace tandem Rys-  
 wicensi in locis sic restituta perpetuo talis & pacis  
 quoque tempore esse juberetur. Hanc Pacis & legis  
 tam sancte habendæ, ac erat illa Osnabrugensis vio-  
 lentam immutationem non modo ægerrime forebant.  
 Protestantes, sed & ipsi ordines Romano-Catholici,  
 qui olim improbaverant, *conf. declarat. belli contra Gal-  
 los d. 2. 1689. & le traite de la Gr. Allianc. art. IV. dans le Re-  
 cueil des Traittées. T. IV. p. 596.* maximopere detestaban-  
 tur *v. Fabr. Staats-Recht, T. III.* victi tamen metu  
 belli, quod minis Galliæ regis continuandum Ger-  
 manice, ni consentirent illi clausulæ, proponebatur,  
 manus quoque victas dabant, tum quod Galli teste  
 Protocolli mediatorum Hagæ Comitum die 17. No-  
 vembr. confecto asseverarent; *que les changements dans  
 les reunions estoient de peu de consequence & ne donnoient au-  
 cune atteinte a la paix de Westphalie,* tum vero quod iidem  
 legati causarentur rationem Clausulæ additæ in eo so-  
 lum sitam esse, quod Rex Galliæ pietati suæ minus  
 convenire existimaret, si illæ foundationes, quas suis  
 sumptibus pie in his terris belli tempore instituisset, in  
 Protestantium manus post Pacem incidèrent. In-  
 stabant adhuc Ordines Romano-Catholici, & moero-  
 rem suum ob violatæ Pacis Osnabrugensis capita si-  
 gnificantes hoc unum rogabant, ne communis patria  
 negando hanc clausulam, morasque incassum recten-  
 do hosti potentissimo & majori adhuc discrimine ex-  
 poneretur. Admittebant demum hoc tantum sensu  
 Protestantes, quo Galli primum venditaverant, nimi-  
 rum quoad illa templa, quæ ex liberalitate Regis Gal-  
 liæ



lia extracta essent. *v. Act. & mem. de la Paix de Ryswic. T. IV. p. 149.* & Gallis quidem, minime vero constatibus, quod mutare non poterant, tandem agre concedebant. His igitur præmissis ex dissensu Protestantium expresso & ipsa Pontificiorum confessione quam *v. in literis Per-illustr. Dn. de Bose ad Corpus Evangel. nec non in literis legationis Casarea ad Casarem in Fabric. Staats-Cansley, T. III. p. 594. sq.* vim injustam post bellum injustum fieri tum I. P. O. tum protestantium juri quæsito ante omnia notes. Nec ipsa adeo Clausula Germaniæ dicere poterat legem perpetuo servandam, quæve posterior quasi ejusdemque cum reliquis valoris leges illas universales Pacem Religiosam & Osnabrugensem corrigeret. Sed conditionem Pacis cum Gallis inita tantum agebat, ex qua tamdiu Gallis qui eam obruserant, jus asserendi cultus Pontificii in locis sic restitutis quæsitum videretur, quamdiu pax illa in reliquis cum Gallia pactis capitibus substitisset. Quum itaque omnis ejus obligatio inter Galliam & Imperium minime vero inter status verteretur, qui in Ryswicensi pacificatione non ad modum Osnabrugensis inter se sed cum Gallis tantum egerant, ipso quoque jure ruere illa videbatur, quum initio hujus sæculi bellum cum Gallis regradesceret; neque belli tempore, si ex vero rem æstimare velis, ex clausula illa a Germanis Pontificiis qui ipsius iniquitatem olim agnoverant, iramque saltem Regis Galliæ prætexebant contra Germanos Protestantes agi debuisset. Verum enim vero quum in belli strepitu jura legesque

H 3;

audiri



audiri non possent, spes eo major suberat illius subsequenti pacis tractatu tollendæ; quo facilius in restauranda Westphaliæ pace quoad religionem per Germaniam ipse Rex Galliarum in tractibus cum Anglis *art. 21. cum Batavis art. XXXIII. & Rege Borussiae art. VI. conf. memoir. touchant la paix d'Ulrecht p. 321. 337. 349.* in pace Ultrajectina fuerat: Plenipotencia inde legationi Cæsarea ad Aquas Helvetias pacis ineundæ gratia proficiscenti non alia conditione ab Evangelicis dato, quam ut clausula hæc tolleretur. *v. Acta comitiarum d. anno 1714. d. 11. & 21. April.* quæ res, quamvis à legatis Cæsareis non sit perfecta in eum tamen statum jam recidit, ut hodie neque Catholicis Ordinibus, qui iniustitiam olim agnoverat, neque Galliarum Regi, qui Anglis, Batavis & Borussiae Regi tollendam promiserat, agendi jus ex ea superfit, & ipsæ illæ Respublicæ Galliarum regem, ut promissis stet jure suo monere possint.

## §. X.

Non valent contra Concilia Concordata Dispensationes Pontificiæ, Religionum ex-  
 Quomodo major etiam Jure Canonico Conciliorum  
 autoritas in decidendis & annullandis negotiis Religionem concernentibus semper habita est, *v. Plettenberg Introd. ad Jus Canon. c. 15. ut etiam Schilterus de Lib. Eccles. Germ. L. 1. c. 1. §. 11.* oecumenica illa pro visibili Ecclesiæ capite propemodum agnoscat, eo speciosius quoque argumentum contra universalitatem obligationis ex Pace hac iis potissimum deduci posset, qui Jure hoc Pontificio utentes Concilii ab obligatione ipsos aliquando liberaturi decretum revereri deberent.

Fuerat



Fuerat hæc *Ostfmanni in Dissert. Cameral. disp. 8. n. 57.* modestia, ut audacter Religiosam pacem per Tridentinum concilium sublatam criminaretur. Quo ergo & illi dubio, quod tamen vix metuendum hodie videtur, obviam iretur *art. XVII. §. 3. provisum*, ne contra hanc transactionem ullumve ejus articulum communia vel specialia Conciliorum decreta allegarentur, id quod tum de illis quæ olim habita sunt, tum quæ instituenda aliquando sint, dictum opinamur. Enimvero multa quidem in *Pace usque ad compositionem Christianam dissidia Religionis suspensa sunt art. V. §. 48. Et donec per DEI gratiam de religione ipsa convenerit, §. 1.* sed concilio conditionem illam implendam esse quis crediderit? Ut enim concilium oecumenicum, cui tanta auctoritas tributa legitur, nunquam fortasse sperandum fuerit, ita ex officiorum Deo debitorum qualitate & ipsis verbis *s. alleg.* constat, licet Concilio futuro religio alia vera, alia falsa declaretur, pacem tamen tamdiu duraturam, donec amica transactione dissentientes diffidia inter se composuerint. Conciliorum quoque vim ultra fidem religiose in pactis datam, aut ultra jura aliis legitime quæ sita extollere eandem ignorantiam sciret, ac si quis prudentum responsa legibus accensere; aut dispensationibus æqui parare conaretur. Concidunt inde sua sponte quoque dubia, quæ ex Pontificum seu aliorum quoque concessis *privilegiis, indultis, edictis, commissionibus, inhibitionibus, mandatis, rescriptis, decretis, dispensationibus, absolutionibus vel ullis quocunque nomine aut prætextu excogitari poterunt, exceptionibus art. XVII. §. 3. ab-*  
*legari*



*legari aut contra pacem audiri possent.* Nicht weniger alle wider den Friedens-Schluss lauffende Rescripta, Mandata oder Decreta, wie die Rathen haben mögen, hiermit cassiret und abgethan seyn, *s. 6. Exec. Recess. Norimb.* Autoritate enim sua, ut conciliorum canonibus inferiora hæc omnia habentur, ita respública hodie, quæ sui juris sunt, ejusmodi artibus sibi imponi ac pacis tractatus illis dirimi, secus ac olim haud patiuntur.

*Concordata quoque Nationis Germanica cum Pontificibus art. ult. s. c. & pacis adeo materiam statuum arbitrio sine Pontificis consensu non subjectam fuisse frustra vereris.* Hæc enim non nisi sub falso præsupposita conditione Episcopatus Oecumenici & Vice Deatus quasi in terris adprobata fuerant. Conditione igitur & fundamento illorum post reformationem ex Protestantium hypothesibus corrueute & lumine sanioris Politicæ doctrinæ de potestate Papæ intemporalibus accenso, obligatio quoque illorum servandorum infirmul ruebat & cessabat. Querelæ insuper ante bellum à Catholicis & A catholicis prostabant, quibus ipse Pontifex prior illa violasse, jureque suo, si quid ipsi constitisset, excidisse arguebatur. Ingenium tamen hominum Pontificiorum *ex Caramiël. Pac. licitæ demonstratione disp. 1. s. 21. & 22. concl. 1. noscas.* Quoniam Lutherani Cessionem Pontificis non urgent, sed sunt contenti promissione Casarea, suadendum Pontifici esset ut consensum suum semper absolute negaret, aut saltem se habere negative, Augustinus quoque Casar non solum consensum Pontificis non debet sollicitare, sed monere potius ne consentiat, si autem here-



heretici promissione *Cæsarea* volunt esse contenti frustra suo jure *Ecclesia* cederet, sed utiliter prudenterque potius jura sua conservabit. Religiosorum denique ordinum regulas & exemptiones art. all. §. 3. parum solide huic pacto objicias. Illi enim, si in Imperio degere velint, legibus quoque publicis summorum imperantium vivere tenentur. Ut Petrus & Paulus, ac cætera turba piorum. Quod si non placeat, nobis nec invitis nec anxii leges cum cælo & solo mutare ipsis licebit.

## §. XI.

Neve speciosum ac venerabile juris nomen constitutioni nostræ aliquando officeret, prælia, quæ ex *Jure Canonico vel civili, litispendentia, latis sententiis, rebus judicatis, præteriti sive futuri temporis protestationibus, contradictionibus, appellationibus, transactionibus, juramentis, renunciationibus, Pactis seu dedititiis seu aliis vel statutis Politicis, vel ecclesiasticis, vel processibus* moveri possent, art. XVII. §. 3. levi pulvere insperso sopita sunt. *Nec adversus eam Jura civilia & canonica allegari, nec processus contra eam decerni jure possunt.*

Quamvis enim hæc omnia pacis tempore ira comparata sint ut communi Dd. sententia jus privata quæsitum ne quidem à Principe auferri possit, privata tamen hæc que periclitabatur utilitas publicæ & redimendæ paci inservienti ut & Germaniæ Domino Eminenti eo rectius cedere debebat, quo magis belli eventus incertus adhuc, & hæc omnia privatorum jura in majus adhuc discrimen continuato bello adduci posse videbantur. Verum hoc intuitu erat, quod ex Melanchtone citat *Burgoldensis Discur. pag. 463.* Wenn man



man einen Wagen mit Eiern unverse, sey unmöglich  
indem man ihn aufrichte, die ganze Zahl wieder zusam-  
men zu bringen, also müsse man in solchen Fällen viel  
verschmerzen und vergessen. Erant quoque leges pri-  
vatæ contra I. P. O. sanctiones non adlegendæ, quod  
secundum tritum illud in eorum potestate leges sint  
quoad durationem, in quorum olim quoad originem  
fuerant, & jura privata jam publicis posthaberi salus  
Germaniæ, quæ suprema lex erat imperabat. Quod  
si enim in singulis post pacem restitutionibus hæc,  
quæ memorata sunt, subterfugia admittere pacifcen-  
tes voluissent, merito *Lipsii* Politic. libr. III. illud adpli-  
candum fuisset, *quod nulla tam clara extitisset causa, que  
non lege aliqua, seu interpretatione obscurari, bellique adeo  
femina in ipsis pacis originibus alere ac fovere potu-  
isset.* Extinguendis igitur illis ac præscindendis litibus,  
quæ amnestiam ac restitutionem ad punctum grava-  
minum difficiliorem, aut plane impossibilem post jus  
manuarium triginta annorum adeoque omnia sedi-  
bus suis mota reddere potuissent, removenda erant  
illa juris subsidia, quæ pacis tempore tam salutaria,  
quam post belli per triginta annos adulti discrimina  
ancipitia rebusque intricandis magis quam expediendis  
apta videbantur.

## §. XII.

An I. P. O.  
sub specie  
boni & æ-  
qui sine  
pacifcen-

Sub specie quoque æqui & boni universalitas illa  
obligationis ex I. P. O. in summum discrimen adducta  
est, dum quidam sanctionem & verba I. P. O. aliud  
qui-



quidem jubere liquido confessi sunt, aliud vero æquum bonumque suadere, & quod ipsis secus videatur ad declinandam ejus observantiam satis jam esse quandoque arbitrarentur. Hunc in modum Regimen Cambridunense, quum singulari recessu & reversalibus datis de non immutando statu religionis à Comitibus de Pappenheim dynastiam Rothenstein anno 1692. Abbas illius recepisset, Reformatis templum in Thein- selberg, quod anno 1624. tenuerunt, annoque 1700. adhuc tenebant, eripuit, daß wie

tium con-  
sensu pro-  
prio atbi-  
trio à sta-  
tu immu-  
tari que-  
at?

1. Die Reformirte an der Zahl die wenige 2. Kirchen hätten, deren die eine allein alle 14. Tage, also in dem ganzen Jahr nicht mehr als ohngefehr 26. Stunden ge- braucht würde, die Catholische hingegen weder mit Kir- chen noch Seelsorgern versehen wären.

2. Der Reformirten Religion nach vielen disceptiren endlich I. P. art. VII. ad beneficia Pacis religiosæ mit gewisser limitation admittiret worden.

3. Bey Abnehmung einer von diesen Kirchen und Ein- räumung an die Catholischen, gar kein Abbruch oder Schmälerung ihnen zugesüget würde.

4. Dem Pfarrer durch Reduction der einen Kirche, da er alternativè functionem parochialem verrichtet, um ein nahmbafftes dieselbe ohne diminution des Salarü erreicht würde, auch

4. Denen Pfarr-Kindern die Mühe zu denen schlimm- sten Jahres-Zeiten über weites Feld zu gehen abgehoben würde,

6. Auch einem Catholischen Land-Fürsten art. V.



§. 30. ohnabgefürget verbleibe, in Religions-Sachen sol-  
che æquitable Verordnung zu thun/ daß seinen von  
ihm der Religion halber dissentirenden Untertha-  
nen an vollkommenen Gebrauch der Religion kein Man-  
gel geschehe, dahingegen aber denen seiner Religion Zu-  
gerhanen durch der andern unnöthigen Überfluß die  
höchste Nothdurfft und Mittel zu ihrer Seelen Seligkeit  
nicht abgestricket werden, massen

7. restrictio juris reformandi antiqui in §. 30. am-  
plissime confirmati secundum statum anno 1624. nicht  
ad æmulationem & invidiam suppressionemque Jus an-  
tiquius & confortius habentium Catholicorum mul-  
toque minus ad exclusionem domini Territorialis tan-  
quam proprietarii ubivis intentionem fundatam ha-  
bentis, sondern ad *sufficienciam & necessitatem* usus refor-  
matorum aller Billichkeit und beschriebenen Käyserl.  
Rechten nach so lang und viel zu verstehen sey, und  
ausgedeutet werden muß, biß ein anderer und widri-  
ger in præjudicium juris & possessionis antiquioris nit  
flaren ausdrücklichen Worten erwiesen würde,

8. Auch quoad beneficia pacis religiosæ interque ea  
potissimum ratione juris reformandi art. VII. inter  
status reformatos & Catholicos ein merklicher Un-  
terscheid eingeführet, mithin denen Catholischen  
Ständen weit mehrers als denen *Reformatis* zuge-  
standen werden müsse *ic. ic.* und dannenhero diese  
Landes-Fürstl. moderate auf aller Billichkeit und denen  
Principiis des Friedens-Schluss mäßigen durchgehenden  
Gleichheit und Christlichen Liebe begründete Verordnung  
mit



mit gebührenden Respect zu regardiren ic. sey von Lands-  
 des-Fürstl. hoher Obrigkeit wegen die Verordnung ergan-  
 gen, und die gemessene Verfügung gethan, daß die Ca-  
 tholischen sich ad interim und biß durch die Gnade Göt-  
 tes etwann anderwärtig nähere Mittel ausgefunden  
 werden möchten, der Kirchen auf den Theinselberg pri-  
 vativè, die Reformirten hingegen der Kirchen zu Ier-  
 bishoffen ebenmäßiig privativè sine perpetuo tamen  
 utriusque partis in futurum præjudicium zu bedienen  
 haben solten. vid. Lands-Fürstl. Kempfische Ver-  
 ordnung das *Exercitium Religionis Catholicae* in der Kir-  
 chen auf den *Theinselberg* betreffend, in *Fabr. Staats-*  
*Cantzley T. V. p. 66. sq.* Hæc ex sententia judiciali  
 prolixissima bona fide huc excerpta nemo vitio ver-  
 tet, qui mirificas plane artes illorum, qui Curios si-  
 mulant, & Bacchanalia vivunt, ex ipsa sententiæ for-  
 mula cognoverit: Ut enim illi hoc unicum saltem op-  
 ponere liceret, quo animo illam æquitatem præten-  
 sam corpus Catholicorum laturum fuerit, si transpo-  
 sitione saltem nominum i. e. religionis Reformatae &  
 Catholicae per totam formulam facta regimen quod-  
 dam Reformatorem ejusmodi effatum contra Catho-  
 licos pronuntiare ausum fuisset; tria adhuc paucis,  
 quæ nimis acerbe dicta, delibabimus. Primo enim *in*  
*argumento 6to* sub dole jus illud dergleichen æquitable  
 Verordnung zu thun, *Catholico* saltem principi reserva-  
 tur, (id quod quo consilio dicatur *ex arg. 7.* quo Ca-  
 tholici jus antiquius & fortius habere dicuntur, ac ar-  
 gum. 8tavo denen *Catholischen Ständen* weit mehrers  
 als



als denen Reformirten zugestanden werden muß, liquet) adeoque Reformatos & Lutheranos sub universalitate obligationis minime vero Catholicos, si æquitas ipsorum arbitrio relinquenda, aliud suadent, vivere dicuntur: quod tum *art. V. §. 1. inter utriusque Religionis Status sit equalitas exacta mutuaque ita ut quod uni parti justum est, alteri quoque sit justum* tum vero *art. VII. §. 1. ut quicquid juris aut beneficii Catholicis & A.C. additis statibus & subditis tributum, id etiam iis, qui inter illos Reformati vocantur, competere debeat, e diametro adverfatur.* Secundo vero loco neque Catholicis neque A catholicis ejusmodi libertas asserenda videtur, ut verba legis & possessiones jurium ex terminis decretoriis æstimandas eatenus possint tollere, quatenus ipsorum forsitan arbitrio *æquum bonumque* videatur, qua scilicet semel admissa opinione, omnis ex I. P. O. securitas & quietas habendi aut agendi ratio libidini potentiorum permetteretur, & turbis dein concitatis imbecillioribus & oppressis

quis justius induit arma,  
Scire nefas  
semper sit futurum.

Nec tertio sufficeret, clausulam adjecisse *sine perpetuo utriusque partis in futurum prejudicio*, quum ejusmodi protestatio ipsi facto sit contraria, & præjudicium satis grave sit, re sua & jure ad tempus carere, nec nisi ancipitem recuperandi spem solatii loco & in compensationem rei ablatae accipere. Justitiæ sane universalis repugnat ea in parte ab expressis legum a superiore latarum verbis propria auctoritate & arbitrio, præ-



prætextu innoxia utilitatis, sine superioris voluntate & explicatione recedere, qua alter, quantum sua interfit & per ipsam rei in sensus incurrentis contra leges violentam ablationem jacturam suam incontinenti probare potest.

## §. XIII.

Ut etiam Edictis Imperatoriis sancta stet alioquin <sup>An Edictum Ferdinandi II. Edictum Restitutorium</sup> autoritas, ac pacificationibus suis honos & obligatio <sup>Rebonorum Ecclesiasticorum</sup> neque contra I. P. O. <sup>post transactionem Passavien-</sup> sem in alios usus immutatorum anno 1629. neque <sup>um & Pax Pragensis</sup> *Transactio Pragensis cum suis appendicibus* allegari §. 3. art. XVII. Illud enim belli per omnem Germaniam latius <sup>contra I. P. O. allegari possit?</sup> extendendi classicum quasi fuerat, inque belli causis eradicandis funditus primum omnium, ne nova ex illo odia pullularent, extrahendum erat. Hinc quum ipse Imperator Ferdinandus III. licet invitus, ne honori Parentis qui condiderat revocando imminere videretur, amore pacis delendum, illudque non secundum Imperii leges quondam latum agnoverit, nemini injuria facta videri debebat, si emolumenta, quæ ex illo, si substitisset, speraverat, revocato isto iterum interciperentur. *Transactionis* iridem *Pragensis* nexu & obligatione Electorem Saxoniam recte liberabat Imperator, qui ex dignitate magis & clementia victoris, quam in modum transigentis quondam hanc Pacis formulam anno 1635. dicitaverat. Et si enim in illis tanquam specialis pax inter domum Austriacam & Saxoniam perstaret, quæ salvo hocce I. P. O. admitti poterant, quæve

Præ-



Pragenſi jam conceſſa denuo confirmabantur, *v. ll. Aut. Fecial. Europ. T. p. 237.* in eo tamen concidiſſe merito exiſtimabis, ubi cum diſpoſitione quadam hujus Pacis eandem collidi & pactione poſteriori utriuſque olim tranſigentis tolli inveneris. Jubentur eodem ſenſu *art. XVII. §. 3.* aliæ quoque tranſactiones intermiſticae & belli tempore conſectæ quieſcere, *Pacta autem, Tranſactiones, Conventiones, aut conceſſiones, quæ inter & ſubditos ſupradictos de publico vel etiam privato exercitio Religionis introducendo, permittendo & conſervando antehac interceſſerunt, inita aut facta ſunt, eatenus rata & firma manendo, quatenus obſervantia dicti anni 1624. non adverſantur in non attentis ſed annihilatis omnibus anni 1624. obſervantia, utpote quæ inſtar regule obtinent, contrariis latis ſententiis reverſalibus, pactis, quibuſcunque Tranſactionibus.* Exempli quoque loco *ibid.* annihilatur Recessus Epiſcopi Hildeſienſis cum domo Guelfica d. a. 1643. quod tamen Capirulum Hildeſienſe nec hodie quidem æquo vult ferre animo *v. c. 3. T. XVII. Fabr. Europ. Staats* Cangley.

## §. XIV.

In qua n- que Diſpenſationes Pontificis, neque Concilia, ne-  
 tum his que Religioſorum exemptiones, neque jura civilia  
 ſanctio- que Religioſorum exemptiones, neque jura civilia  
 bus per §. aut canonica, neque Pax Pragenſis ullius valoris eſſe  
 antec. dicantur, non exiſtimabis ac ſi ipſa tranſactione jura  
 memoria- ex his omnibus conſtitutionibus per ſe cæteroquin  
 gatum ſit: validis funditus ſubverſa, aut abrogata ſint. Tantum  
 potius



potius abest, ut hæc omnia potius confirmari in reliquis, quæ cum I. P. O. non pugnant, quam infringi dixeris, quum omnis exceptio à regula, in iis quæ non ad exceptionem pertinent, regulam potius sua natura confirmet. Corroborat ergo I. P. O. illas sanctiones per omnia, quæ tempore anno 1648. obtinebant, quæve cum I. P. O. tanquam cum lege posteriore collidi non videbantur. *Edictum vero Ferdinandinum restitutorium* tum quod ab initio modo legibus Imperii convenienti non esset conditum, neque adeo vim obligandi unquam habuisset, tum quod per omnia I. P. O. immutaretur, in totum ut ejus saltem tristes memoria hodie supersit, concidisse arbitramur.

## §. XV.

Præter spem quoque illam, quam Sect. I. §. 19. An obliget catholicos cum catholicis litigantes? supr. asseruimus universalitatem obligationis subjectivam quod *Religione dissidentes art. XVII. §. 5.* nova dissidia & elabendi fraudes peperit. Quamvis enim recte satis argumentari videaris, si ab obligatione, qua etiam religione dissidentes tenerentur, ad eam inferre velles, qua religione conformes eo strictiori vinculo inter se obstringerentur, quo præter Universalis legis iussum sacrorum eorundem communione inter se legibus iisdem uti juberentur, tantum tamen quorundam ex Pontificiis subruendæ universalis obligationis studium potuit, ut pace quidem dissentientes regi concederent, consentientes vero & Catholicos cum Catholicis agentes illam normam accipere debere impu-



pudenter negarent. Primum hæc cavillatio summo  
 cum omnium Statuum metuendo dispendio ante ali-  
 quot annos excogitata, quum Jesuitæ Neoburgenses  
 illustrem quandam foeminam de Schlidern ex imme-  
 diata Svevicæ nobilitatis ordine ad Cocorum anno  
 1707. in suas partes pertraxissent. Ubi igitur illa ad  
 Pontificiorum sacra pertransierat, prædium quoddam  
 cœnobio Echenbronnensi anno 1555. subtractum & à  
 majoribus emtum, perque CXII. annos possessum in  
 pretium scilicet novæ religionis adsumptæ restituere  
 monebatur. Exceptionem litis illa in tribunalibus  
 Ducatus Neoburgensis opponebat, quod præscriptio-  
 ne & I. P. O. jus illud in fundum in anno decretorio  
 anno 1624. ab immediatis A. C. addictis membris  
 Imperii possessum firmatum esset. Sed acrius insta-  
 bant, & I. P. O. sanctionem quiete possidendorum bo-  
 norum ecclesiasticorum ex anno 1624. regulam qui-  
 dem inter dissidentes Catholicos & A catholicos esse,  
 minus tamen inter ipsos Catholicos normæ vicem &  
 nomen mereri causabantur. *conf. Neu-eröffneter  
 Welt- und Staats-Spiegel part. 37. & sq. daß der  
 Westphälische Friedens-Schluß nur provisionaliter und  
 in so lang errichtet worden, als lang ein der Augsburgi-  
 schen Confession verwandter immediater Reichs-Stand  
 oder Glied bey solchen Glauben verbleiben, und nicht ad  
 fidem Catholicam zurücke kehren würde, nach dessen  
 individual mutation die occasione Reformationis oc-  
 cupirt und secularisirte geistliche Güter u. so gleich wie-  
 der von der Catholischen Geistlichkeit, ungehindert des  
 West-*



Westphältschen Friedens = Schlusses als contra Jus Canonicum & Civile alienirt und secularisirt, nulla obstante præscriptione ut ut temporis plus quam immemorialis vindiciret werden möchten. Nec deerant argumenta, quibus undicunque conquisitis assertionem impudentem fulcirent, & in præjudicium summum omnis quietis publicæ & certarum aliquando possessionum sperandarum novas turbas defenderent. Allegabant scilicet ejusmodi restitutionem à Catholico recusari non posse, quod ex debito justitiæ tanquam patrimonii Christi Ecclesiæ quæ hujus nomine dein possideret fieri debeat; quod pax illa inter diversæ religionis partes, minime vero inter Catholicos, quos inter nulla lis de bonis Ecclesiasticis fuisset sancita esset; quod si prædio cederet suæ conscientiæ satisfaceret, minime vero restitutione facta pacem, quippe de suo largiens infringeret; pro regula habendum quod rerum Ecclesiasticarum qualicunque titulo facta alienatio sit, pro prohibita & nulla reputanda sit, tam de jure divino *Lev. c. XV.* quam civili Romano *in l. B. l. 14. auth. hoc jus C. de ff. Eccles. Nov. 7.* quam Canonico in *caus. 12. quest. 1.* quod Principes & seculares, nullam de rebus Ecclesiæ disponendi, aut ad proprios usus applicandi potestatem habeant, *c. 21. qu. 3.* nec Ecclesiæ per illos præjudicetur, quo minus salva ipsi contra possessionem maneat actio, *c. 8. c. 10. qu. 3.* alienationem non Principis sed Episcopi cum Capitulo & Conventualium consensu in casu urgentis necessitatis demum validam reddi *c. 4. c. 13. c. 12. qu. 2. c. 16. qu. 7.*

R. I. d. a. 1555. §. *Dieweil aber*, quæ omnia magis  
 K 2 quam



quam I. P. O. dispositiones homini Catholico observandæ essent, cujus ratio & pœna hoc casu cessaret, quum etiam Episcopus alienator, licet jurasset rem Ecclesiæ non debito modo alienatum ipsemet revocare debeat. *Fagel. in Cauf. Jur. Can. Tit. 13. n. 7.* quod exceptio malæ fidei, que præscriptionibus ad annorum millia opponi posset, Catholicis jam noceret & quod Bullis Pontificis, & protestationibus contra pacem repetitis in possessione bonorum Ecclesiasticorum judicanda major, quam pacis centibus de aliæno fides habenda esset.

## §. XVI.

Disquiri-  
tur, an ca-  
sus amit-  
tendorum  
bonorum  
Ecclesia-  
ficorum  
seculari-  
fatorum si  
religio  
muretur à  
protestan-  
te tacite I.  
P. O. infit

Hæc omnia miris modis adhuc præjudiciis moralistarum & scriptorum Canonici Juris dilatata conf. *Neu-eröffneter Welt- und Staats-Spiegel, T. IV. p. 48.* sq. si in pauciora verba resolvas, ad duo redire videntur,

1. An I. P. O. casus ille amittendæ possessionis bonorum Ecclesiasticorum insit, si quis à Protestantium partibus ad Catholicorum transeat; &

2. In quantum homini Catholico Pontificis bullæ Juris Canonici ac Civilis leges contra I. P. O. decisionem malam fidem in possessione bonorum quondam Ecclesiasticorum excitare possint. Primum igitur recte negabis, quod, si propositum in mente retentum nihil operatur, casus quoque ille, etiamsi per modum reservationis mentalis quibusdam Catholicis insederit, minime tamen subintelligendus videatur. Toties enim de tacita agen-



agentium voluntate frustra sumus solliciti, quoties de expressa certe constat, constat vero unicum saltem modum & terminum amittendorum aliquando bonorum Ecclesiasticorum sæcularifatorum Protestantibus in I. P. O. edictum, eumque si vere æstimare velis, moraliter impossibilem, adeoque nullum in effectu protestare, scilicet *donec controversia Religionis amicabili partium compositione universali desiniantur art. V. §. 25. it. §. 1. & 48.* Patrimonialia potius illa bona reddita esse Protestantibus deprehendes, & terminum aliquando restituendorum si veram intentionem paciscentium & quid res sit, non quid dicatur, intuearis cum Græcorum Calendis & conditionum impossibilium in pactis nihil operante natura non immerito contuleris. Lege autem non destinguente inter casum quo Catholici & Protestantes aut Catholici inter se tantum agerent, nec boni interpretis est contra legem distinguere arg. l. 8. ff. de publ. in rem act. & licet diversitas religionis causa forsitan impellens belli & pacis conclusæ fuerit, sola tamen illa cessante non statim dispositio legis universalis cessabat l. 2. §. ult. l. 3. C. de donat. arg. l. 1. §. 5. ff. de postul. Nec excipiat quis terminum restituendorum bonorum Ecclesiasticorum in profanos usus erogatorum in compositione partium amicabili ita statui, ut si quis ad Catholicos rediret, facta quoad ejus personam illa videretur. Satis enim notanter non compositio particularis, sed *universalis* illa exprimitur, quæ sane & adeo quoque restitutio si singulorum saltem mutatione religionis facta fuerit, asserenda haud est. Quis porro litium de bonis controversis



verſis per Germaniam finis foret, ſi cauſa illa quieta  
 impoſterum poſſidendorum & ut quiſque ſecurus eſ-  
 ſet, & liber ſuarum rerum arbiter ſemel ſub condi-  
 tione nunquam exitura adeoque pace ſopita & deci-  
 ſa, reſuscitari hac admiſſa diſtinctione poſſent. Bona  
 ejusmodi ex tranſigentium intentione in patrimonio  
 ab anno 1624. eſſe cœperunt, & ſubſecuta conſeſſio  
 Religionis noviter agnitæ nullam cum bonis propriis  
 vel perdendis vel inde augendis communionem ex  
 natura religionis habere poteſt. Abſurda certe neque  
 iſtis Pontificiis æquo animo ferenda plurima ex hoc  
 modo, qui fingitur, admittendorum bonorum eccle-  
 ſiaſticorum ſeculariſatorum evenirent, quod Catholici  
 nullo modo cum Proteſtantibus de ejusmodi bonis  
 per contractus aut alios titulos habiles acquirendi do-  
 minii agere poſſent, niſi brevi poſt contractum tem-  
 pore ad ſollicitationem cleri nullo non tempore rebus  
 augendis attenti eadem ſive hæreditate ſive quacun-  
 que alia tranſactione quæſita gratis reſtituere teneren-  
 tur. Nimis quoque caro pretio illis religio Pontifi-  
 ciorum redimenda videretur, qui cum Proteſtantium  
 ſacris poſſeſſiones ſimul bonorum Eccleſiaſticorum  
 quietas & quas in patrimonio habuerant, exuere hac  
 ipſa adinventæ & ementitæ diſtinctione juberentur:  
 quidquod ſi pœnitentia ductus ad Proteſtantes forſitan  
 ipſe reverteretur, aut agnati ejus Proteſtantes jure  
 proprio & ſuo in terras ejus poſtea ſuccederent ex pari-  
 terum ratione, cum de ſimilibus idem ſit ferendum  
 judicium, jure quaſi poſtliminii, in Pontificiis con-  
 ceſſa



cessa bona restituendi essent. Prouti vero

Turpius ejicitur, quam non admittitur hostis  
ita reipublicæ maxime hoc in casu interesse videretur  
ut sententia maximam dominiorum in certitudinem  
& confusionem paritura proscriberetur *arg. l. 2. pr. de  
aqu. & aqu. plu. arc.* Sententia equidem ex I. P. O.  
modum plane incognitum vel amittendorum ex una  
vel adquirendorum ex altera parte introductum, tot-  
que possessiones ad hoc usque tempus legitimus cre-  
ditus turbatura, neque privatorum hominum ausu ne-  
que in Comitibus per majora, sed inter utriusque Re-  
ligionis proceres non nisi amicabili ratione, & per mo-  
dum interpretationis authenticæ recipienda fuisset.

## §. XVII.

*Alicum* vero quod ad Catholicam religionem re-  
vertentibus circa bona patrimonialia, quæ Ecclesia-  
stica quondam fuerant à Lojolitis Neoburgensibus du-  
bium occinebatur, casum illum conscientia tangit,  
*in quantum homini Catholico Pontificis Bullæ, dispensationes  
contra Pacem, Jurisque Canonici & Civilis leges contra I. P. O.  
decisionem in possessione bonorum quondam Ecclesiasticorum jam  
patrimoniali facta malam fidem excitare possint.* Ubi igitur  
largire ipsis possumus, possessionem malæ fidei in foro  
poli, quod ajunt, ut ut in soli quandoque foro admissa  
fuerit, neminem conscientia rationem habiturum  
excusare posse, Juris tamen Canonici & Civilis placita  
malam illam fidem in animo possidentis excitare  
posse vix adserueris. Licet enim per illa, utpote per  
leges

An homi-  
ni Catho-  
lico Bullæ  
Pontificis  
& Jus Ca-  
nonicum  
in posses-  
sione bo-  
norum  
ecclesia-  
sticorum  
jam patri-  
moniali-  
um facto-  
rum ma-  
lam fidem  
excitare  
possit?



leges humanas alienatio bonorum Ecclesiasticorum utique interdici potuerit, ipsis tamen quoad ejusmodi dispositionem quæ juris arbitrarii, nec ex morali doctrina necessarii est, auctoritatem iterum interdici posse per leges posteriores à legitimis imperantibus latas quis non viderit. Est certe Reipublicæ quæ sui juris est, illud ex naturali libertate semper residuum, ut ea quæ ab initio & in se spectata indifferentia sunt, lege determinare & eadem lege revocata aliter jam habenda posteriori quadam sancire queat. Quis ergo reipublicæ Germanicæ jam vitio vertat tam pretiosæ paci redimendæ privilegium inalienabilitatis bonorum Ecclesiasticorum in quibusdam locis saltem suspendere, nisi qui juris suavitatem & autonomiam illi infimul negare ausus fuerit. Quodsi adhuc bona illa Ecclesiastica sunt nullius, ut Pontificii hallucinantur, & Protestantibus alio sensu vere credere possunt, eo minori cum scrupulo de bonis illis possidendis disponi, & eadem possideri posse dixeris, quo certius nullius jus, nisi commentitium illud, quod Deo in ejusmodi res majus jus quæsitum sit, quam in alias creaturas, lædi observaveris. Suspensæ adeo de jure illæ leges privatæ à Republica tollendarum adhuc jus habente dicendæ erunt, quæ ab eadem Republica quondam latæ aut receptæ alienationi bonorum Ecclesiasticorum non per moralitatem intrinsicam obstabant, sed quod Reipublicæ ita olim videretur. Prouti igitur ante Pacem religiosam & Westphalicam possessoribus ejusmodi bonorum mala fides non ex intrinseca bonorum indole, sed ex Reipublicæ voluntate resistere poterat, ita ea-



eadem mala fides, Republica aliud jubente, mala esse post Pacem Religiosam & Westphalicam qualitatem possidendorum definiente definebat. Leges vero de modo possidendorum, acquirendorum & amittendorum itidem bonorum à Republica subditis ferri posse, & moralitatem, i. e. bonam & malam fidem deinceps possessionum ex illis æstimandam esse quilibet facile ex Jure legum ferendarum, quod Rebus publicis competit, probe intellecto largiatur. Magni vero scilicet quis faciat ex Catholicorum Germanicorum coetu Bullam Pontificis, aut dispensationes illius ab obligatione I. P. O. & ex ipsius *αὐτός ἐφα* liberari se obligatione aut jure quæsito privari posse sibi persuadeat. Intelletiget tamen Pontificem ut ut summum & visibilem Ecclesiæ caput illum habeat neque legibus civilibus jure antonomiæ à Rebus publicis liberis latis, neque fide in pactis data esse superiorem. Legum vero civilium præcipuum quoddam objectum esse possessiones licitas bonorum & rerum, quæ, licet Ecclesiæ propriæ sint, naturam tamen suam non mutant neque nisi figmento inani cordatoribus ipsis improbo ex commercio hominum eximuntur. Liceat in ipsum Pontificem illud argumentum retorquere quod quemadmodum personæ cæteroquin laicæ in clausis spiritualibus judicem tamen, quod causa sit spiritualis, ecclesiasticum agnoscere debeant, ita bona quoque Ecclesiastica per fructus suos inserviant, quoad jura tamen possessionum & modos acquirendi, non tamen ex legum Civilium objecto & Imperio Secularium

L

ideo



ideo eximenda fuisse. Quodsi autem contrarium credant, aut humano, aut divino res illæ summorum Imperantium arbitrio subductæ, & inalienabiles factæ sunt. Atqui non posteriori, quod hætenus ex Codice sacro nondum probatum, ergo saltem priori: si hoc, quilibet quoque viderit tamdiu illas à Reipublicæ dispositione exemptas esse, quam diu priores leges per posteriores non abolentur, aut suspenduntur, id quod tamen ex ante dictis hac maxime conventionem actum fuisse supra probavimus. Fide vero in ipsis pacificationibus religiose data superiorem esse Pontificem & absolvere aut etiam in mandati modum injungere posse ne quis tali transactione se obligatum existimet, non nisi illis hodie persuaderetur, qui hæreticis non esse servandam fidem, Papamque jurium divinorum & humanorum quasi dispensatorem esse somniantur. Quorum, ut jam tanta quanta olim fuit, non sit frequentia, superstitioni tamen & vitio intellectus in moralibus dijudicandis condonare possumus, si forsitan conscientia acti, quod se in mala fide constitutos existiment, bona ejusmodi restituere juriq; ex I. P. O. dum nemini invito obtruditur beneficium renunciare velint, dummodo aliis hoc officii genus ad suum exemplum imponere aut suo ingenio Gentem Germanicam & reliquos æstimare nolint.

## §. XVIII.

An Ecclesiastici immunes ab obligatione?

Ecclesiastici quoque, cum ubique fere exemptione gaudere velint, ordinis sui beneficio ab obligatione legis



legis quandoque se solutos crediderunt. Ut enim Osnabrugensis Episcopi in ipsis Pacis conclusæ protestationem taceam, *fide adhuc Henningesii in meditat. ad I. P. O. art. XVII. §. 2.* refero Salisburgensium aliquando legatos in Principum Senatu publicæ declarasse, Archi Episcopum Salisburgensem huic paci contra dixisse, & adversus eum protestatum fuisse. Quasi vero hæc dixisse sufficiat ad elidendum illud ex I. P. O. officium, quo §. 20. Sect. I. Ecclesiasticos pari cum secularibus nexu ad illam sancte habendam adstringi astringimus. Repetenda igitur non illa solum huc arbitramur, quæ §. 5. *supra* contra omnes protestationes attulimus, verum etiam quæ ipsis Clericis magis adhuc speciatim pro justitia pacis opponi possint. Aut enim membra sunt Reipublicæ, quæ pacem legem agnovit, aut non sunt: Ultimum ipsi negare ne quidem ausint, qui latifundia & principatus Imperii tam opulentos cum Regalibus possident; ergo se membra habent illius Imperii, quod hanc pacem legem universalem jure suo *vid. supr. §. 14. Sect. 1.* dicere, Statusque Juribus fruenter obligare potuit. Ut igitur illa non repetam, quæ de obligatione omnibus Statibus incumbente §. 14. *Sect. prim.* & Catholicorum in specie §. 16. *supra* asseruimus, singulatim adhuc probandum quod non obstante munere & officio Ecclesiastici eandem agnoscere possint: Jubentur enim Transactione nihil negare quod conscientiam ullo modo male habeat. Quod si enim ex omni Pace duo illa potissimum ipsos offendant, quod bona ab Ecclesia possessa alienata sint, & Religionis dissentientis tolerantia sit stabilita, illi



sane rei non tam acriter succensere debent, utpote  
 -quæ alias ipsis Pontificiis non ubivis improbatur. Re-  
 rum enim ab Ecclesia possessarum alienationem obuti-  
 ditatem Ecclesiæ, multoque magis publicam, licere  
 ipsi Pontificii DD. ad auth. Hoc jus porreçt. & auth. per-  
 petua, ut & auth. si quas C. de Episc. & SS. Eccles. non  
 diffitentur. An vero Pontifex necessario in illa con-  
 sulendus sit, non adeo ipsis Pontificiis liquet, ut po-  
 -tius contra Extravagant. Ambitosæ Pauli II. qui consen-  
 -sum Pontificium imperabat, Navarrus in Manuali C. 27.  
 -n. 15. impune scribat: Sed consuetudo valet contra illam &  
 credimus nullibi esse receptam. Tuto quoque quis existi-  
 -met in bonis illis, quæ proprie non sunt sacra, sed  
 feuda Imperii, Germaniæ illud licuisse, c. quo jure di-  
 -stinct. 8. l. 2. C. de navib. non exc. quod Pontifici Clementi  
 IX. olim licuerat, cum in gratiam Venetorum & Belli  
 Turcici bona trium ordinum supprimeret v. Bullam  
 cum Observ. Pufendorff. in Dissertat. Samuel Pufendorff. To-  
 -lerantiam vero religionis dissentientis non tam ægre  
 referent, qui ex sua quoque hypothefi Matth. XIII. v. 30.  
 recordari deberent, non eradicanda zizania esse, ubi  
 -sine tritici læsione fieri nequeat, quæ constans expli-  
 -catio fuit Chrysofomi Homil. 47. ad Matth. 13. Augustini ad  
 Matth. 13. Hieronym. ad Matth. 13. aliorumque. Sane, quum  
 de tollendis errantibus nullum mandatum profert, de  
 -tolerandis illud mitius ferre & ad statum Germaniæ  
 suamque de Protestantibus opinionem adplicare pos-  
 -sent. Cyprianus hunc in modum l. 3. Epist. 1. argu-  
 -mentatur, quod si in magna domo non solum vasa sint aurea  
 & argentea, sed & lignea & fictilia soli domino sit concessum  
 fictilia



*scitilia confringere cui & virga ferrea data sit. Esse autem non potest major domino suo servus nec quisquam sibi quod filio tribuit pater, vindicare se putet; nec ipsi auctores Compositionis Pacis Dillingensis c. 5. qu. 29. n. 52. negarunt, fœdus etiam perpetuum cum sectariis per aliquas circumstantias (quarum gravissima sane erat salus Reipublicæ) cohonestari posse; nec Pontificium quis aut contrarium expresse definivit, aut pacta ejusmodi cum hæreticis, ut impia, damnavit.*

## §. XIX.

Quum denique de custodienda & vindicanda Pacificatione contra illius osores ageretur *Art. XVII. §. 5.* placuit concipientibus *omnes hujus transactionis consortes* *guarantia*, quam vocant gravare. Quod uti pactioni singulare adhuc robur conciliare deberet, ansam tamen illi cavillationi dedit, ac si singuli vel etiam plures, qui ad manutenendam pacem vires suas inter se jungerent, non nisi per modum factionis agere viderentur. Quemadmodum enim *si quid dubii hinc inde incideret*, in Comitibus ab omnibus per *Art. V. §. 50. illud esset explicandum*, ita quoque si quis officio suo satisfacere negligeret, non à singulis aut quibusdam conjunctis, sed ab omnibus observandæ Pacis monendum esse vique, si resisteret non à vicinis sed ab omnibus demum adigendum esse. Sed quis non videt hoc ipso argumento & fraudulenta explicatione vocis in se innocuæ *OMNES* admittit, omnem pacis executionem simul tolli, dum scilicet quilibet audacter Paci adver-

An verbum omnium in guarantee collective an distributive sumendum?



fari & causam pessimam tamdiu adparentibus rationibus protegere posset, quamdiu non conjunctas & & unitas transigentium vires, quæ fero medicinam parare viderentur, metuendas haberet. Quum etiam nulla tam clara causa sit, quæ non lege aliqua obscurari possit, in tanto transigentium numero qui contra pacem quid ausus esset, complures certe habiturus esset, qui vel personæ vel causæ & communioni sacrorum faventes executionem ab omnibus instituentam amolitura essent. Distinguendum igitur erit inter vindicationem legis contra factores notorie neglectæ, & inter eam, de qua adhuc ambigitur, an & quomodo Paci Westphalicæ sit adversa. Prouti enim posteriori casu executionem contra violentam interpretationem authentica comitiorum antecedere merito debet, ita si neque de sensu Pacis, neque de violatione illius dubium supersit, universi quidem *sine religionis distinctione lic.* tueri oppressum jubentur, verbum tamen illud *omnes* non modo collective, sed & distributive dictum intelligitur, quum *quoties idem sermo duas sententias exprimit, ea potissimum accipiat, que rei gerenda aptior est l. 67. ff. de R. J.* Clarius eadem sententia sequenti *art. c.* exprimitur, qua continuato de guarantia sermone *omnes & singuli hujus Transactionis Consortes cum parte læsa arma sumere debent, ut etiam unus vel pauciores, si pares sint, præstandæ guarantiæ (prouti olim anno 1658. fœdere v. supr. §. 7. Sect. 1. & nunc in causa Palatina exemplo illud firmatur,) læsæ parti subvenire queant. Imo si tam accurate singula verba obser-*



observare velis, non incongrue forsitan distinguas, verbum illud *omnes* saltem in casu admonendi turbatoris §. cit. adhiberi; in casu vero coercendi, armisque adigendi *omnes & singulos* §. 6. ad id vocari: quæ distinctio in se utique vera, an solatii quid cavillantibus allatura sit, ipsimet judicaverint.

## §. XX.

Quod vero universalitas legis §. 17. *supr. sect. 1.* ad An pertinet ad ea Statuum Germanicorum provincias in Imperio Romano-Germanico fitas saltem applicetur, eo quoque quæ non in territorio, sed de territorio extendendum est, si casu singulari feuda ad illas provincias spectantia extra territorium vel etiam ipsam Germaniam sita sint. Contigit inde anno 1710. ut feudum quoddam Saxonicum *Teichenau* in Ducatu Schwidpicensi Silesiæ situm *ein der Lands-Fürstlichen Schweidnigischen Hobeit auf keine Weise als dem Chur-Hause Sachsen mit Lehn und Homagial nexu allein verwandtes Gut in publico religionis exercitio, quod anno 1624. ipsi fuerat turbaretur. Nec æquo animo tulit Legatio Saxonica, sed libellum Chur-Sächsische Information an das Evangelische Corpus, das Gut Teichenau in Schlesien betreffende, tradidit vid. Europ. Staats-Cansley T. XVI. §. 64. Licet enim feudum illud non esset in territorio, erat tamen de territorio Electorum Saxoniae. Quum igitur art. V. §. 25. de speciali hac distinctione formula conciperetur, ut possessio bonorum Ecclesiasticorum ad diem primum Januarii anno 1624. dijudicaretur, non *attenta exceptione quod**



*quod non de vel in territorio Statuum sita sint, non incongrue à majori ad minus concludas, nec in quieto religionis exercitio ex decretorio termino asserendo attendas an locus de vel in territorio Status Germanici sit, sed unum saltem horum pro defendendo libero exercitio sufficere existemes. Adferas etiam ad hunc casum specialem prætensi liberi exercitii in Teichenau art. V. §. 42. quod ex qualitate subfeudali à Regno Bohemix procedente, non modo subfenda sed & vasalli & subditi in causis Religionis ex statu anni 1624. perpetuo censentur, & quæ judicialiter vel extra judicialiter innovata fuerint tolli inque pristinum Statum restitui jubentur.*

## §. XXI.

An clausula salvatoria Salvavis juribus quibus cunque universalitati deroget? Sobrie quoque nec in vim indirectam pacis clausula illa salvatoria, uti dicitur, art. XVI. §. 5. generalis, salvis juribus quibuscunque art. III. §. 2. intelligenda est. Quum enim in restitutionibus ex capite amnestiæ in eum utrinque statum in sacris & profanis, quo ante destitutionem gavisi fuerant, quoad ditiones & bona feudalia subfeudalia & allodialia, ut & quoad dignitates & immunitates, Jura & privilegia restituendi essent, restitutiones illæ salvis juribus quibuscunque fieri jubentur. Observes in illa clausula duo potissimum, tum cujus Generis restitutionibus addita sit, tum vero quid juris eadem illis à quibus restitutio peragenda, imperetur. Quum enim priori modo secund. art. V. §. 3. Omnes restitutiones vel ex capite amnestiæ vel aliunde fiant restitutiones illas, quæ ex amnestiæ art. III. & quæ ex amnestiæ art.



art. III. & quæ ex puncto gravaminum art. V. uti vocantur, seu restitutionem bonorum secularium belli tempore vi ereptorum, ab illa, quæ bona Ecclesiastica, post d. 1. Jan. anno 1624. occupata restituere injungit, probe fecernas: illa *salvois juribus quibuscunque* sancta, hæc vero sine clausula salvatoria addita imperatur, ut executores in hæc solum cognoscant, num restituendi in possessione anno 1624. fuerint, quo probato ad cognitionem lex ipsa nihil amplius desiderat, & hoc unicum fundamentum vel possessionis retinendæ, vel restitutionis efflagitandæ statuit, quod lites nunquam intermorituræ in Republica excitatæ fuissent, si restitutio ex puncto gravaminum injuncta, ipsa tamen gravamina Religionum in perpetuum quasi per clausulam salvatoriam stabilita de novo fuissent. Fallacia itaque fuerit, si quis hanc *clausulam salvatoriam* art. III. §. 2. additam art. V. quoque adplicare vellet, & sapienti paciscentium consilio fraus illa speciatim prohibita est art. III. §. 2. *infin. tum ne hæc clausula extendatur aut articulis aliter conventis interque hoc compositioni Gravaminum aliquid deroget, tum art. XVII. §. 5. vel oppositione clausula salvatoria sive generalis sive specialis aliujus supra in Amnestia positæ; quibus verbis probe comminiscuntur clausulam illam amnestia, saltem, non gravaminum puncto art. V. additam. Posteriori vero ratione in restitutionibus ex amnestia genuinus clausulæ sensus videtur, omnia bona quibus quis ab anno 1618. ab altero per vim exutus sit, post pacem conclusam sine contradictione reddenda esse; hoc tamen*



men ab utroque cum moderamine observando, ne quis de jure suo ante bellum quæsito per amnestiam periclitaretur, neve ille, qui restituere debet, aut etiam tertius jura sua per hanc *Clausulam* restitutioni elidendæ vel protrahendæ opponeret. *Art. III. §. 2. vid. art. XII. §. 5.* neve ille, qui restitutus est, ipsa possessione acceptata *se à præstationibus agnoscendi directi aut utilis dominii, litis pendentibus desuper in Aula Casarea, sive in Camera Imperiali, vel aliis Imperii immediatis aut mediatis discasteriis vertentibus se liberatum existimaret, neque jura actiones, exceptiones & litispendentias coram competenti Judice examinandas discutiendas & expediendas adhuc negaret.* Præter itaque restitutionem & jus quasi Postliminii in ejusmodi bonis nemo quid novi juris acquirebat, sed vetera saltem ac amissa recuperabat, & inde si quid præter enarrata pignoris jure aut quod impensæ in res restituendas factæ essent, solvendum erat cum aliis super re restituta experturis agere jubebatur: in illis vero judiciis, quæ de injuriis, vi publica patrata, hosticis invasionibus, damnis aut expensis institui possent, ne quidem clausula hæc salvatoria adplicari debet *quod amnestiæ universali & illi mitæ* (qualis art. II. dicta erat) ac oblivioni præteritorum *prejudicium* his ipsis actionibus *afferi* videretur v. art. III. §. 2.

Eundem in modum quoquæ clausulæ salvatoriæ speciales explicandæ, quibus *art. IV. §. 8.* Episcopo Wormatiensi & Electori Trevirensi jura in bono quædam Ecclesiastica Palatinatus Inferioris coram competente judice persequi liberum dicitur *it. §. 17. præ-*  
*eturæ*



cturæ Stradæ Montanæ Moguntinensi, dum pretium pignorationis à Palatino offeratur, permittantur, & domui Austriacæ actiones in Dynastias Blaubaiern, Achalin & Stauffen reservatæ & alia subinde leguntur.

## §. XXII.

Sponte sua inde ex vero clausulæ salvatoriæ generalis sensu & explicatione ejus consequitur, quod adimplendæ dispositioni quæ I. P. O. sancita sit, minime *ius forsitan retentionis* opponi possit. Quamvis enim illud per *Art. III. §. 2.* & *Art. V.* in utraque restitutionum sanctione expresse remotum non sit, & sive ex impensis in rem restituendam factis, sive ex alia probabili causa forsitan instituatur, summum alias favorem juris mereatur, ut retineri aliquid possit, de quo actio institui nequit *l. 1. in pr. qu. mod. pign. solv.* quia favorabilior est retentio quam petitio *l. 4. C. de Usuris* ac retentio facilius concedatur quam petitio *l. 1. ff. de pign. privata* tamen ejusmodi executionis in illiquido speciem uti eam quoque vocat *Carpz. p. 3. C. 32. d. 14. n. 6.* pacis natura, quæ jus à quovis sibi pro arbitrio dici & privatæ injuriæ quemque sibi vindicem esse non permittit, respuebat. Retentioni scilicet locum non esse, nisi ubi lex illam indulgeat *ex l. ult. C. de commod. l. ult. in fin. C. de compens. tralatitii juris est.* Silentium vero legis nostræ de ea, eo minus illam indulgisse dicendum est, quo acrius eadem Pacificatio *loc. alleg.* illa quæ retentionis juri similia esse possent, ac restitutionem impedirent adhuc prohibuerat. Tur-

Universa-  
litas non  
restringi-  
tur per jus  
præren-  
sumreten-  
tionis.



bæ adhæc ex jure illo contra redditionem occasione belli hujus ereptorum asserto tantæ metuendæ fuissent, ut non modo pacis præcipuo effectu Germania privanda videri potuisset, sed & nova singulorum erga singulos odia denuo sparsa essent. Vidisses enim modo contra jus fasque & per eminentias prætensionum ac compensationes veros dominos à possessione rerum iniquæ ablatarum exclusos; modo alios, qui ut illi, qui retinere non suum voluissent, suo adhuc privarentur *per C. 28. in pr. X. de præb. & dign.* prætendissent quod utrinque nil aliud fuisset, quam perpetui belli civilis fomites in cineribus aluisse, & Status sub pacis prætextu denuo inter se commisisse.

## §. XXIII.

An Acta  
Commis-  
sionum Cæ-  
sarearum  
ex I. P. O.  
decreta-  
rum eti-  
am uni-  
versaliter  
ad mo-  
dum Pacis  
obligent?

Hildesienfium quoque exemplo Canonico-  
rum vidimus Instrumentum quidem Pacis ac Recessum  
Executionis directè à nonnullis non negari, attamen  
iisdem decretas Cæsareas Commissiones & Imperii  
Deputationes cum suis Recessibus in dubium vocari.  
Quum enim capita illa, quæ intuitu Hildesienfis cum  
domo Guelfica pactionis d. anno 1643. per I. P. O. *art.*  
*V. §. 33.* constituta fuerant, quoad exercitium liberum  
Religionis annihilata essent, per Deputatos Imperii  
Ducem Augustum Brunsvicensem, Abbatem Corbe-  
jensem & dein Electorem Moguntinum Consistorialis,  
quem vocant, Recessus inter Episcopum & Status  
Provinciales Evangelicos singularis confectus est.  
Capitulum vero Hildesienfe contra illum Recessum

pro-



protestabatur, & ex ipsa protestatione jus suum pu-  
 tativum indirecte contra I. P. O. ex quo lites à depu-  
 tatis decisæ fuerant, tuebeatur v. des Dom = Capitels  
 zu Hildesheimb Remarquen über die Braunschweigische  
 Facti speciem die Differentzien mit Hildesheimb betref-  
 fend. *Confer. Acta*  
 Causabatur scilicet interpretationem I. P. O. à  
 nullo Deputato arrogari posse, Imperatoris decisio-  
 nem specialem quoad Recessum Consistorialem effla-  
 gitandam & Capitulum illi nequaquam consensisse.  
 Verum enim vero uti ipse Episcopus Maximilianus  
 in Ratificatione confessus fuerat, daß zwischen seinen  
 und des Dom = Capituls wie auch der Hildesheimischen  
 Landschafft Deputirten, nach Anweisung des Instru-  
 menti Pacis in puncto Consistorii dieser Vergleich  
 aufgerichtet sey, ut & Camera Wezlariensis illum pro  
 basi & norma, nach welchem die Justitz denen Evange-  
 lischen administriret werden solte agnosceret, *vid. spe-*  
*ciem Facti der Differenten von Lüneburg und Hildes-*  
*heim d. anno 1711.* ita efflagitata interpretatio authen-  
 tica contra *verb. I. P. O. art. V. §. 50. in pr.* frustra requi-  
 ri videbatur, quum illa, quæ à Deputatis Imperii nach  
 Anweisung des Instrumenti Pacis instituta erant, sal-  
 tem ad expediendum & observandum illud confecta  
 essent. Erat adeo Recessus ille Consistorialis conse-  
 quens & annexum quoddam Instrumenti Pacis, &  
 protestatio contra illum, aut violatio ejus in quod-  
 dam Instrumenti Pacis, & protestatio contra illum,  
 aut violatio ejus in quantum cum I. P. O. ipsi conve-  
 niebat oblique ipsam pacem conturbabat.



*Acta Tom. XVI. & XVII. Europäische Staats-Cantzley.*

## §. XXIV.

An bona  
olim Ec-  
clesiastica  
dein vero  
reformata  
& seculari-  
sata ex  
art. V. §.  
23. à Jure  
quietæ  
possessio-  
nis ex ao.  
1624. com-  
petente  
excipien-  
da sint?

Nec tacendam existimamus piam fraudem P. P. Societat. Jes. Paderbornensium, qui se art. V. §. 25. subducere in causa Falckenhagiensi contra Comites Lippenses conati sunt. Rebantur scicilet dispositionem illam I. P. O. qua A. C. sociis possessio Bonorum Ecclesiasticorum ab anno 1624. quietâ adseritur, ad ea bona non extendendam esse, quæ dicti anni termino reformata fuissent, ut ut antea Monasteria aut fundationes sacræ extitissent. Argumentabantur inde, ut alias eorum artes jam taceam, dimidiam coenobii Falckenhagiensis partem §. 9. art. V, non contineri, quod jam anno 1596. per transactionem cum Paderbornensi Episcopo, in cujus jura successissent, P. Augustinianis ejectis coenobium reformatum esset, bonique adeo Ecclesiastici naturam exuisset, ac causa inde civilis ad punctum restituendorum non pertineret *conf. Informationem P. soc. Jes. Paderborn. contra Comit. Lipp. in causa cœnobii Falckenbagii Fabr. Staats-Canzl. T. VI. p. 15.* Hoc vero ratiocinium, si admittendum esset facillimum longe Pontificiis foret rebus aliquando secundis maximam bonorum ecclesiasticorum à Protestantibus possessorum partem contra jus ex art. V. §. 25. competens revocare, quod scilicet plurima, si non omnia, eo anno & tempore reformata jam fuissent. Callide vero confundunt reformationem cum secularisatione, argumentando ab ejecta & proscrip-  
Pon-



Pontificia religione ad secularisationem. Qua si vero illa, quæ à Protestantibus administrantur, itidem non possent ad pios usus destinari, & ac si illæ expensæ; quæ in salaria ministrorum Ecclesiæ, alimentationes illorum qui Scholæ inserviunt, stipendia alumnorum, quive Studiis operam navant & conservationem hospitaliorum inter A. C. Socios erogantur, bonorum Sacrorum qualitatem ex diversitate Religionis illorum, qui jam percipiunt, amitterent. Nec consequens quis existimet, naturam boni Ecclesiastici nomine, quod ipsi datur, mutato insimul mutari, & si res cœnobi-um aut Collegium dices deserit, eo ipso boni Ecclesiastici habitum interiisse: quo ipso tamen asserto Lippiensium juri non derogamus, qui illud Falckenhagen bonum Ecclesiasticum adhuc esse, ex nomine usuali *Closter*, præfecti ejus *Closter-Verwalters*, administratione in pios usus directa, & Bulla Pontificis Pauli V. qui ad. 1607. (adeoque post anno 1596. quo secularisatum contendebant Jesuitæ) adhuc cœnobi-um vocaverat, nec non ipsa patrum compellatione *Closter Falckenhayn*, quam dein in nomen Dynastiæ subtili arte mutaverant, probaverat. *Reformationem* vero ejusmodi bonorum primævam illorum indolem non tollere ex ipsis verbis all. §. liquet, *sive transactionem Passaviensem aut Pacem Religiosam* (adeoque ante terminum adhuc anno 1624) *reformata fuerint*. Imo etiam si principi visum fuerit, reipublicæ ejusque necessitati magis consuli, ubi nempe reditus ad pios usus aliunde affatim jam adsint, in alios reipublicæ sumtus illa convertere, id quod secularisare vocant, neque  
 læ-



sæcularifatione firmum, quo possidebantur, jus aut  
 titulum ex anno 1624. interverti, asserendum vide-  
 tur. Ut enim de illis bonis in genere dicitur, in pos-  
 sessione illorum legitima neganda non attendi debere  
 exceptiones *sive ante vel post pacem Religiosa reformata &*  
**occupata** sint, quibus scilicet Verbis non distingui-  
 tur, an antiquam formam retinuerint, sed quanquam  
*reformata & occupata* sint tranquillo tamen juri pos-  
 sidentium non obstare, *& habita possessio in dicto anno &*  
*die sit unicum solumque restitutionis observantia futurae fun-*  
*damentum* potius edicitur; ita pure & sine conditione  
 status pristini in illis servandi addita, ipsis quoque ad-  
 judicatur, ut possideant nec modus possessionis qua-  
 lis esse debeat, sed temporis saltem; ad quod possi-  
 denda sint, statuitur, *donec amicabili & universali parti-*  
*um compositione Religionis controversia finirentur.* Illis  
 igitur verbis sine restrictione dictis, *reformata & occu-*  
*pata*, item ut possideant, si verba finalia all. §. ad-  
 das, *nec in habita vel recuperata possessione ullo modo turben-*  
*tur, sed ab omni persecutione juris & facti perpetuo tuti sint,*  
*donec controversia Religionis composita sint,* prope dixeris,  
 possessionem, ejusmodi bonorum, quæ olim Ecclesi-  
 astica fuerunt, jam arbitrio possidentium permitti, ut  
 liberum sit ipsis in seculares usus, modo jus aliis qua-  
 situm singulare non lædant, quandocunque visum  
 fuerit adplicare. Revocare quoque eadem, etiam si  
 injuste secularisarentur, non posse Pontificios ex uni-  
 co termino & casu, qui additur, *donec religiones com-*  
*posita sint,* constat; nec Catholicis distinguere, aut  
 plures



plures casus addere licet, ubi lex nec distinctionem nec plures casus addiderit.

## §. XXV.

Verba etiam, quæ observandæ paci magis, quam destruendæ *art. XVI. §. I.* addita leguntur *ut quæ conven- ta essent utrinque* è vestigio executioni mandentur, in fraudem ejus verti cœperunt. Videas inde multos, qui alio juris prætextu destituti, se obligatione præstandorum tempore liberari putent, & si primis in præscriptis terminis, & è vestigio, quæ debebantur, non restituerint, sensim quoque restituendi necessitatem simul expirare, existiment. Quanquam igitur *art. all. §. 2.* fancitum invenias, *ut, qui his pactis ad aliquod restituendum vel præstandum obligarentur, sine tergiversatione intratempus conclusæ & ratificandæ pacis transacta exequerentur, illud tamen è vestigio quod ad octo Septimanas se extendit, conf. art. XVII. §. I.* cum aliquo temporis tractu modico & ad res expediendas sufficienti explicandum erat. Desiderabant plurimæ restitutiones & ordinem & diem; quod tum de qualitate, tum vero de quantitate restituendæ rei disceptationes inciderent. Conventus inde Executionum causa Norinbergæ instituebantur, & distinctione casuum liquidorum & illiquidorum admittæ, certæ restituendorum classes iisdem proponebantur. Optative inde magis, quam per præscriptionis legem restitutiones & præstationes è vestigio perficiendæ ibidem pronunciantur, quum ipsis quoque imperii legibus, uti ex

An Universalitati noceat, quod in multis locis pacificationi adhuc non fuerit satisfactum.

N

artia-



*arctiori exequendi modo d. anno 1649. & Norinbergensibus  
 conventibus* constat verba è vestigio latitudinem ali-  
 quam admittant, neque in puncto quod ajunt, confi-  
 stere videantur. Neque temere quis hodie juri ex  
 pace Westphalica competenti præscriptionem obstare  
 arbitretur, si potentia illius, qui ipsi debet, aut factio,  
 quod imputari non queat, in acquirendo illo, quod  
 debetur, adhuc impeditus fuerit. Ingemiscunt scilicet  
 adhuc plurimis in locis ut in Ebemburg, Oeden-  
 kirchen aliisque illi, qui per septuaginta annorum  
 tempus usque ad hunc diem jura ipsis debita obtinere  
 non potuerunt. *Ebemburgum* easdem, quas anno 1653.  
 in comitiis contra Sickingianas oppressiones egerat  
*v. Pfanner. Histor. Comit. d. anno 1654. l. 1. s. 60. 61.* palliati-  
 va saltem ad tempus cura adhibita adhuc agit. *conf.  
 Europ. Staats = Consley T. XVII. C. 1.* Oedenkirchen  
 civitas coloniensis ædes Reformatae Religionis anno  
 decretorio possessas *vid. Rec. Exec. Norimb. s. 80.* cum  
 redditibus ad illam pertinentes frustra ad hoc usque  
 tempus à Capitulo efflagitavit. *v. ib. Tom. XVI. p. 78. sq.*  
 Quum enim ob potentiam illius, qui debet, formi-  
 dandam præscriptio non noceat, neque currat adver-  
 sus agere impeditum. *l. 1. s. 2. C. de annal. except. l. 4.  
 in fin. C. de Bon. que liber. auth. nisi tricennale C. de Bon.  
 Matern. ut Baldus ad d. Auth. adfirmet, quod si statutum di-  
 citur, ut omnis currat præscriptio, qui sua debita non exege-  
 rint intra decem annos, illis tamen non currat, qui agere im-  
 pediti sunt, quia id æquitas naturalis non patitur, ut ibi sit  
 pœna, ubi non est negligentia Pacian. l. consil. 148. n. 5. clare  
 satis inde liquet ejusmodi restituendis præscriptione &  
 con-*



continua negatione juris debiti ab adversariis facta nullum præjudicium allatum esse. Quod etiam alio sensu vulgo ajunt *prescriptione non presumi*, non male hic applies, amissionem juris quæsitæ per præscriptionem factam tamdiu non intelligi, quamdiu illa, quæ omnis Baldo ad l. 1. §. 3. ff. postuland: *fatente videtur quid habere iniquitatis*, lege inter modos amittendorum jurium non est relata quod Pacificatione factum nullibi deprehendimus.

## §. XXVI.

Verum si quis exciperet *alterum in excessu esse restitutum*, an hoc obtentu tunc de novo restitutum gravare, seque ipsum sine legitimo modo restitui curare, quis possit, ambigitur. Quum enim ex præscripto pacis in id quilibet restituendus sit quod ipsi jure suo ante belli initia vel ante terminum decretorium anno 1624. competebat, æquius adhuc videri posset, ut si ex errore in excessu aliis factis quis fecerit, se ipsum quoque in indebite soluto dein restituendum quovis modo curaret, sed & hoc sine legitimo modo, aut *sine legitima causa cognitione & ordinaria juris executione*, i. e. propriis viribus, aut coram judice non competente instituendum prohibetur. Quum enim nemo gratis liberalis, aut in excessu altero restituito silentio sibi defuisse præsumatur, est adhuc summæ in civitate potestatis tum tempus, tum vero modum rerum quæ debentur asserendarum præscribere. Hæc ergo summa & legislativa Germaniæ potestas, quæ Osnabrugæ in conventu Ordinum conspiciebatur, eodem jure

*Si quis diceret, alterum in excessu restitutum?*



procul dubio, quo restitutionem ereptorum primum indulserat, acquisitionem quoque novam illorum, quæ in excessu restituta fuerant, propriis viribus instituendam indulgere potuisset. Melius vero videbatur illud negare, quod & repetebatur *Recess. Execut. Norimb. §. 24.* Insonderheit aber de facto einige Turbation oder Attenta dargegen nicht vorgenommen worden, ne via facti in nimium extenderetur, & reciproce ac aliquoties restitutiones & ejectiones novæ admitterentur. Hæc enim, uti omnes, ita multo magis quæ ex pace orta fuerat, possessionis prærogativa est, ut possessor quam diu non decretum à conventu deputatorum est, ut cedat, omni alio potius habeatur Minime adhæc præsumendum erat, restituentem plura, quam deberet alteri restitutum, & si postea collectis viribus & fociis illud quidem assereret, non tam liquidam ejus causam & restitutionis in excessu factæ prætensionem futurum, ut sine deputatorum cognitione perficienda indulgeri posset. Hoc igitur argumento facile liquet, quid de Wertheimensium Catholicorum violenta ejectione Lutheranorum, qui restituti fuerant post Pacem, statuendum sit *v. Henninges. ad art. V. §. 43.* nec non quo jure, quæve injuria P. P. Jesuitæ litem de cœnobio Falckenhagen comitibus Lippensibus in excessu restitutum, ad Judicium Aulicum Imperatorium deferre potuerint, quæ scilicet coram deputatorum judicio primum instituenda fuisset, *v. Tom. VI. Staats-Cansley c. 2.* Paria scilicet in Jure habentur, sive quis rem injustam prætendat, sive quod debetur injusto modo efflagitet.



## §. XXVII.

Remedia denique universalis obligationis ex Instru- Remedia  
Univerfa-  
litate ser-  
vanda.  
mento Pacis Westphalicæ servandæ, quod attinet  
facilius illa commentari, quam à singulis observanda  
sperare poteris. *Multi enim pacis compositione lassæ potius,  
quam exsaturata esse, odia inter se litigantium putant, dum  
non dememinerint sua fortuna, qui gravia passi sunt, reti-  
nentibus memoriam factorum qui gravia fecere, ait Burgold.  
Disc. XVI. ad I. P. O. §. 1. aliusque civis questus respondit  
perpetuam tunc fore & immutabilem, wenn alle Uhren im  
Römischen Reich zugleich eins schlagen würden.* Super-  
vacaneum tamen plane non fuerit, si rem quam ab  
initio tradendam cœpimus ad finem quoque debito  
ordine perducamus. Quemadmodum igitur §. 1. *hy.  
sect.* causas neglectæ pacis attulimus, ita ex causis vi-  
tiorum agnitis remedia quoque illorum judicare lice-  
bit. Zelum itaque religionis intempestivum mode-  
ratione corrigendum svadet ratio, & imperabat jam  
in ipsis reformationis initiis *R. I. d. anno 1530. §.* Wir  
haben da nemlich das zu vermeiden und zu unterlassen,  
was zu Bezeugung des gemeinen Mannes wieder die  
Obrigkeit aber gegen einander zu verhezen oder Ursach  
geben möchte, darzu Schimpffirens, Schmähens oder  
Rästers sich enthalten. *Conf. R. I. d. anno 1542. §.* damit  
aber, quo etiam maxime intuitu novum illud Imperii  
decretum de omittendis jurgiis & convitiis propter  
diversitatem religionis anno 1716. denuo repetitum  
accepimus, id quod qua viâ à magistratibus sollicite  
caveri debeat in *Carpz. Iprud. Consistorial. p. 3. t. 9. def.*



102. 103. plenius demonstratur. Pestiferum illud quoque præjudicium animo exuendum, ac si obligatio, qua societatibus, quibus semel nomina dedimus, tam inviolabilis habenda sit, ut tum veritatem agnitam, si illis quodammodo obesse possit, diffiteri, tum vero in iniquis quoque defendere, partesque illarum conquisitis anxie coloribus & fucis tueri nos obstrictos existimemus. Tolerantia adhæc modesta illorum, qui in Sacris à nobis alieni sunt, Thusca illa jurgia tollet, & quum vitia intellectus nemo luat, vitio quoque, quod dissentiant alii, ipsis non verti debet multoque minus, quod aliam confessionem profiteantur odio habendi erunt. Si quæ etiam obscuriora aut perplexa in I. P. O. dicta fuerint, non tam præfidenti animo interpretationem instituamus, sed illis potius relinquamus, quorum amicabilis compositio decisionem dubiorum *art. V. §. 50.* promisit. Ambitioni inde nihil tribuendum, qua multi distorquendo I. P. O. qui non totam legem inspexerunt, non quod pueri in faba se invenisse gaudent, si quando contortas explanationes adulando dominis, adjuvando partes quas sequuntur, & debachando in dissentientes confarcinent. Et quem non æqui bonique aut recti moveat sensus, pœna certe gravissima *que art. XVII.* statuitur moneat.

Discere justitiam, sanctas nec spernere leges.

Fortius adhuc illud remedium fuerit, quo *art. XVII. §. 5. 6.* omnes hujus transactionis consortes contra quemcunque sine Religionis distinctione universas & singulas hujus Pacis leges tueri jubentur. Quum etiam sapientem omnia prius



prius consilio, quam armis experiri debeat, gradus illius ibidem tuitionis commemorantur *verb. sequ. ut primo lesus ledentem à via facti debortetur, causa ipsa vel amabili positioni vel juris disceptationi submissa; id quod inter dominum territorii & subditos per literas supplices & Commissiones obtinendum esse dixeris; Dein vero si neutro horum modorum intra spatium trium annorum terminetur, controversia teneantur omnes & singuli hujus jus transactionis consortes junctis cum parte lesi consilii, omnibusque arma sumere ad repellendam injuriam à passo in: riti, quod nec amicitiae nec juris via locum invenerit.* Gradus hos ab Electore Hannoverano observatos contra Capitulum Hildesienſe, quod status Provinciales A. C. opprimere instituerat, *vid. in Information. von Bes wandniß der Hildesheimischen Sachen, Tom. XVII. Staats-Cantzley p. 153.* Hoc enim spectant leges, hoc volunt, incolumem esse inter cives conjunctionem, quam, qui dirimunt, eos coercent.

Cicer. Of-  
ficior. lib.  
III.





QK 4846

Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text appears to be a formal document or report, possibly related to a commission or investigation, as suggested by the word "Commission" visible in some lines.



W 18

W 17



**ULB Halle**  
006 549 489

3











B.I.G.

Farbkarte #13

B. M. II, 34.  
h. 4.9.

V c  
4846

PACIS  
OSNABRUGENSIS  
OBLIGATIONEM  
UNIVERSALEM,

CONSENSU  
MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS  
ET

PRÆSIDE  
CAROLO OTTONE  
RECHENBERG,

J. U. D. ET PROFESS. PUBL.  
COLLEG. MIN. PRINCIP. COLLEGIATO,

SOLENNI DISSERTATIONE

D. XXI. MART. clō 10cc XX.

H. L. Q. C.

DEFENDET

ANDREAS CAROLUS SIMON,  
BEROLINO - MARCHICUS.

LIPSIÆ,  
TYPIS IMMANUELIS TITIL.